A

גַּלְעֵד

COMPARATIO

GRAMMATICAE Hebraicæ & Aramicæ, atque adeò dialectorum Aramicarum inter se: cōcinnata ex Hebraicis [redacted] præceptionibus, Aramicísque doctorum aliorum virorum obseruationibus: quibus & quamplurima alia in vtraq; lingua adiecta sunt.

Auctore Bonauentura Cornelio Bertramo, vtriusque illius linguæ Professore.

Subiunctum est ad huius comparationis praxin dotale quoddam instrumentū illis omnibus linguis & dialectis, ex veteri Hebræorū ritu conscriptū, ab eodē Cornelio interpretatione & notis quibusdam illustratum.



APVD EVSTATHIVM VIGNON.
M. D. LXXIIII.

Illustrissimo Principi ac DOMINO, D. CHRIstophoro, Comiti Palatino, Bauariæ duci, &c. S.

SCIO, Illustrißime Princeps, non defuturos qui prudentiam in hoc facto meam, ac fortaßis etiam verecūdiam desiderent, quòd tuæ Celsitudini, hoc est vni Principum huius ætatis non infimo, ego infimæ conditionis homo, cuius nomen iampridem tibi è memoria exciderit, munusculum hoc literarium, atque adeò præceptiones grammaticas offerre nec dubitem nec erubescam. Sed humanitas illa tua, facilè me ab inuerecundiæ suspicione liberabit. Tuum autem in cognoscendis optimis & vtilißimis quibusque linguis studium quisquis cognouerit, minimè mirabitur me Sanctißimarum linguarum præcepta in speciem

quidem tenuia, reipsa verò (quod de grammaticis omnibus inquit Fabius) plus habentia in recessu, quàm in fronte promittant, Principi bonarum literarum studiosissimo consecrasse. Huc accedit quòd quum plurimum tibi hæc nostra Schola debeat, cuius nimirum & præsentia cohonestata est, & exemplo plurimùm ornata, mihi certè vitio verti non debeat, quòd gratiam tanti accepti beneficij tuæ Celsitudini habere quoquo modo volui. Cæterùm etsi plurimi de his rebus memoria nostra scripserunt, et quidem inter cæteros Antonius Cevallerius, piæ memoriæ, vir doctissimus, cui in hac docendi prouincia successi, tamen futurum spero (quod sine inuidia & ostentatione vlla ingenij vel diligentiæ dictũ velim) vt quisquis hæc nostra legerit, siue methodum siue res ipsas spectet, non prorsus inutilem à me nauatam hanc operam agnoscat. Magno certè labore sunt hæc à nobis congesta, & quàm facillimè fieri à me potuit, digesta: sed in ipsius Hebraicæ linguæ cum Aramica collatione maximè à nobis est elaboratum, vt quomodo hæc ab illa deducta sit, omnibus pateret. quod vt meliùs perspiceretur, ipsas quoque Aramicæ linguæ dialectos sum persequutus. In his verò præter cæteras vna est Syra Comagena seu Antiochena, cuius, vt & Babylonicæ analogia nobis plurimum adiumenti ad hanc nostram rationem attulit: vel eo maximè nomine quòd Hebrææ Aramicisque omni-

omnibus dialectis superstes, totam Syriam occuparit. vnde & huic soli Syræ nomen meritò reseruamus, dum alias Aramicas dialectos, Chaldæas appellamus. Illud autē beneficium, Illustrißime Princeps, non solùm Germaniæ vestræ acceptum ferendum est, à qua certa huius linguæ analogia ad nos manauit: sed & in primis Illustrißimorum Principum maiorum tuorum pietati ac magnificentiæ, qui primi in hoc nostro Occidente eius linguæ hospites fuerunt, eámque sunt eo honore dignati, vt in suis κειμηλίοις repositam quàm studiosißimè conseruandam curarint. Deniq; hoc debemus etiam Illustrißimi Parentis tui liberalitati, qui tam accuratè in sua bibliotheca, asseruata eius linguæ monimenta, viro ad tantam rem nobis communicandam accommodatissimo, D. Immanueli Tremellio superioribus annis suppeditauit. Hæc certè effecerunt vt non solùm eius linguæ propagationem tibi, tuísque debitam putarim, sed ita gratam fore crediderim, vt si quid audacius paulò apud tuam Celsitudinem admitterem, facilè excusares. Porrò vt aliquem nostræ huius linguarum istarum comparationis vsum fructúmque indicaremus, illi subiunximus dotale quoddam instrumentum, omnibus illarum linguarum dialectis, quas hîc inter se comparamus, ex veterum Hebræorum ritibus conscriptum. quod & vnà vel eò lubentius ex intimo aduersariorum & librorum

meorum peculio per aliquot annos asseruatū delituit, tibi offero, quod mihi à viro clarissimo & tua Celsitudinis obseruantissimo dudum donatū est. Hanc verò nostram comparationē si probari abs te resciuero, mihi animū addideris ad præstandum quod quamplurimi doctissimi viri nostra hac ætate de locupletissimo dictionario linguarum earum, quas hîc vnà tradimus, votis summis optarunt, ac reipsa se præstituros polliciti sunt. Quod reliquum est, Illustrissime Princeps, huius anni primordia ita fausta fœliciáque tibi precor, vt perpetuo quodam tenore eandem aut maiorem etiam fœlicitatem anni deinceps consequentes excipiant. Cal. Ianuariis. CIↃ IↃ *LXXIIII.*

Illustriss. C. T.

obsequentissimus Bonauentura Cornelius Bertramus.

ERRATA SIC CORRIGITO.

Lege fol.25. lin.15. וַנְּשׁוּבָה *vánaschúbha* 51.20. יוֹתָן 60.19. בְּ
63.17. שׁוּנֵם *Schuném* 74.25. תּוֹצְאֹתֵיהֶן 75.6. אִתְפְּסֵבְתָא 91.14. uis 96.8.
שִׁפְכִי 99.16. meus atque splendor meus rest- 116.15. Iud.9.10. חֶשְׁבִּי
121.23. וַתִּשְׁחֲדִי 125.17. אִתְפַּקְּדַת 129.25. קְרָא 130.21. וְכַב.131.vlt. תִּתְ 135.
30. קְ 160.29. פֵּק 167.27.vel בְּקִרְבְּכֶם 189.19. נִתְּן 199.16. תִּקֵּן 210.
22. וְחִי 218.8.f.& 9.g 257.25. בְּמוֹצְאֹתָם 271.22. קְ 277.24. Act. 27.36.
281.27. שְׁ 282.6.Ghe- 292.8. נְחָה 300.23. יַשְּׁנֵה 307.30. אִישׁ 316.vlt.ita ad-
322.25.I pro ת 324.13. מִנְ & 15.vel לֵית & לִיבִי vel לִיבוּ 332.13. אֵנַךְ 335.23. *Im-
per.& fut.&* 24. גְּרִי אִתְגְּרִי 349.3. מִתַּי Bab. 364.4.quandam quiescentẽ,
vt 366.penult. שְׁלַחָא שְׁלִחַי 389.9.totum singularem nu- 392.1. רְעֵה
395.25. אָבִי 399.15. malunt 2.Schem.14.11. 413.6. אַגְרִשְׁלִי 429.6.quædam
singularem,quædam pluralem,quę


יהוה

PRAEFATIO IN COMPARATIONEM

tionem linguæ Hebraicæ & Aramicæ: in qua author totius sui instituti rationem reddit.

INitia comparationis illius qua linguam Hebraicam & Aramicam inter se cõferre, & Aramicæ linguæ dialectos inter se committere instituimus, ab earum linguarum & dialectorum primordiis & progressu omnino repetenda sunt. Atque quòd ad Hebraicam linguam pertinet, certum nimis est eam vna cum ipso Adamo in lucem editam fuisse, solámq; apud eius familiam & posteros perdurasse ad tempora vsq; confusionis Babylonicæ. Ad eam rem probandam quàm plurima adferri posſint, eáq; omnia firmiſsima, sed ne pluribus rei nimis veræ & certæ luminibus officiá, vnica dũtaxat ratione illud iam euicero. Aben-Hezrá vir acerrimi iudicij in Genes.11.1. appositiſsimè notat concinnam illam nominum primorũ hominum impositionem, & nominũ illorum etymum sententiæ eorum qui nomina illa imposuerunt, accommodatum, arguere quàm manifestiſsimè quod contendimus. Quis enim vel mediocriter Hebraicis literis tinctus, cùm audit ex Gen.3.20, Adamum appellasse vxorem suam Cheuam, quòd videlicet ipsa fuerit mater omnium viuẽtium, statim non deprehendat Adamũ Hebraicè loquutum fuisse, noménque vxori suæ ex verbo חיה quod Viuere significat, indidisse? Idem eliciat quis ex eo quòd Cheua primogenitum suum enitens, eum appellarit Kainum: quòd videlicet illum à Domino poſsideret. Et ne

¶. j.

quis calumnietur hæc Aramica esse posse, nomen Scheth ab Adamo alij cuidam ex suis filiis, à reponendo inditum regero, aliáq; omnia veterum illorũ Patrum, quæ nihil nisi Hebraicum redolent: tum si significationem spectes, tum etiam si formationem & habitudinem. Meritò igitur linguam Hebraicam omnium antiquissimam appellemus. quinetiam addam omniũ aliarum matrem. Ab ea enim Dominus non confusionis sed ordinis Deus, certo quodã consilio & ratione, in mentes hominum ad exædificationem turris Babél perturbatorũ & iusto eius iudicio perculsorum, aliarum linguarũ seminaria deriuauit & indidit. In quibusdam certè ætatis illius hominibus intemeratã permansit lingua Hebraica: nimirum apud eos qui loca illa incoluerũt, in quibus primùm vel illa nata fuerat, vel vsitata. Apud Chenaanæos videlicet & Arphaxadæos. Atq; hinc est quòd illa lingua à Propheta Isaia lingua Chenáan dicitur. Dicta verò est Hebraica quòd ab Abrahamo Heberi nepote, & qui tandem traiecto Euphrate apud Chenaanæos degens, Hebræus dictus est, exculta & conseruata fuerit, & ab eius posteris frequentata. Ergo apud illas gentes ita exculta fuit lingua Hebraica, vt nihil in ea requiras quod in aliis linguis commendetur & iactetur. At verò illud præter cæteras habet hæc lingua, quòd ea Dei oracula Iudæis concredita fuerunt: quo nomine meritò lingua Sancta appellatur. Addunt & huius rei rationem aliam Hebræi, quòd videlicet Deus quem Sanctum appellant, ea vsus fuerit, imò & eius author vnicus extiterit. Atq; hoc efficit vt eius linguæ ortum & nitorem omnibus numeris absolutissimum eodem tempore cœpisse credã. Hoc ex Mosis scriptis & vario eorum stylo satis apparet. Durauit huiuscemodi linguæ Hebraicæ splendor, quoad Iudæi cũ Assyriis nimis familiariter versati sunt, eorúmq; idololatria & linguã suam cõspurcarunt: & tandem iusto Dei iudicio

eam

eam intra ſeptuaginta annos apud eos dedidicerunt, quam ad ducentos annos in AEgypto miris modis afflictati ſartá tectá conſeruarant. Iudæi ergo ex captiuitate Aſſyriorum & Chaldæorum reuerſi, ſuæq; linguæ obliti, linguá Chaldaicá quam in exilio didicerát, excoluerũt: ita vt & lingua Chaldaica tum Hebraica dicta fuerit, quòd ab Hebræis frequentaretur. qui hanc illi gratiam tandem retulerunt, quòd eam ſicut & cætera alia apud eos aliquádo puriſsima, fœdiſsimè corruperint. Hoc verò me eò adigit, vt in dies magis ac magis demirer ſingulare Dei conſilium, quo factum eſt vt lingua Hebraica apud extraneos ita pura extet: imò & eo maximè nomine quòd Deus puritaté hanc ab iſtis impuris conſpurcatoribus nobis conſeruatá voluerit. Vt certè Sacrorum ſcriptorum author eſt, ea etiá ab omni corruptione ita vindicáda per ipſoſmet Hebræos curauit, vt ne minimum apicem quidem ab illis ſcriptis detrahere poſsis, quin falſi ſtatim deprehendaris. Lingua ergo Hebraica apud ſuos aliquo modo abolita, aliquo etiã modo conſeruata, in æternũ permanſura & duratura eſt vna cum ipſo Dei Verbo.

Atque hæc de Hebraicæ linguæ origine & progreſſu: nunc ad Aramicam linguam veniẽdum eſt. Vt verò quæ in Aramica lingua de his proponemus, faciliùs intelligantur, altiùs paulò res repetenda erit.

Syriæ nomen Geographis aliíſq; authoribus cùm Græcis tum Latinis aliquando vſurpatur ad deſignandũ quàm maximum regionis Orientalis tractum, qualis eſſe videtur qui à Sur deſerto (quod inter AEgyptum & Aſſyriam intercedit ad limites territorij Iſmaelitici) Occidẽtem verſus Paleſtinam emenſus, ad Septentrionem mare Mediterraneum atque adeo Cyprum inſulam aliquãdo à ſuperiore cõtinente auulſam ingreſſus, traiecto rurſum mari totam Ciliciam, totam etiam Cappadociam peragrat, tan-

démque in Pontum Euxinum dilabitur. Inde verò ad Orientem transmisso Euphrate & Tigri totam Assyriã permeans ad Persidem & sinum ipsum Persicum desinit: ad Meridiem verò Arabiam legit. Aliquando verò ad aliquã ex his regionibus significandam, quæ superiore illo tractu includuntur. Nominis origo variè traditur. Quidã à Syro insula maris Mediterranei Syriam dictam autumant: alij à Syro quodam Apollinis filio: alij à monte Chermón qui Schirjón à Phœnicibus præcipuis certè & antiquissimis Syris, dicitur. Mihi verò Syriæ nomen inde deriuandum videtur, vnde eius regionis primordia in superiore illa descriptione repetiimus, nimirũ à Sur deserto: ea prorsus ratione qua Assyria ab Assúr dicta est. Prisci certè Hebræi Syriæ nomen non vsurpant, sed eius loco nomine אֲרָם Arám vtuntur, à quo quàm plurimas superioris illius tractus regiones & linguas appellant. Ergo illis regio Arám in illo tractu dicitur quæ ab Antilibano rectà Euphratẽ contendit, & eo traiecto Tigrim legit, & Mesopotamia tota peragrata sub Damasci fines considens, ad ipsam Arabiam Petræam terminatur. Tota inquam illa regio in Sacris literis; Arám Hebræis dicitur: ita tamen vt diuersi illius regionis situs diuersis etiam adiectis distinguantur.

Mesopotamia igitur omnium earum maxima & antiquissima, aliquando etiam κατ' ἐξοχὴν simpliciter Arám dicitur, & eius regionis incolæ, Aramæi. aliquando nomine magis proprio & peculiari פַּדַּן אֲרָם Paddán Arám, hoc est Iugum Syriæ, quasi Syriam iugatam, id est, sub duorũ fluuiorum iugum missam dicas: vnde & aliquando אֲרַם נַהֲרַיִם Aram duorum fluuiorum, seu interamnis dicitur. Quinetiam aliquando solo adiecto Paddán significatur.

Quæ ad Eleutherum fluuiũ prima est, dicitur ארם צוֹבָה Arám Tsobáh. fortasse Sophene est. Ad hunc tractum esse videtur Chamath inferior, quæ eo nomine Chamath

Tsobáh

Thobáh appellatur.2.Paralip.8.3. Ad eam viciſſe videtur Dauid ipſum Adarezer, 1.Paralip.19. 18.& ita terræ à Deo promiſſæ limites aſſequutus: qui vulgò ponūtur ad לְבוֹא חֲמָת.i.quoad ingreſſus fueris Chamáth, inferiorē videlicet. Illius regionis tractus à quibuſdam Ityræa exiſtimatur.

Ad eam tractus viciniam certum eſt fuiſſe אֲרַם בֵּית רְחוֹב Arám Beth Rechób, non procul diſsitam à loco illo ad Euphratem, qui רְחוֹבוֹת Rechobóth dicitur, Gen.36.37.

Quarta Arám, quæ אֲרַם מַעֲכָה Arám Mahacháh dicitur, ab illis ſpatiis non ita procul abfuit, vt apparet ex 2.Schem. 8. & 10.

Quinta Arám, vocatur אֲרַם דַּמֶּשֶׂק Arám Damaſci, quæ Damaſceno territorio concluditur, hoc eſt inter Libanum & Arabiam: vel, vt alii (qui volunt Antilibanum & Libanum in Arabiam deſinere) monent, inter Libanum & Antilibanum ſita eſt: hoc eſt, Cœleſyria ſeu caua Syria, quaſi duorum illorum montium vallibus terminata.

Atque hæ quinque regiones in Sacris literis diſertè de nomine Arám appellantur.

Porrò ſexta quædam eſt Syria, quæ quanuis non ita diſertè Arám dicatur à Sacris ſcriptoribus, dubium tamen non eſt appellationē Arám, qua eam profani ſcriptores dignātur, ab illis ad eos manaſſe. Teſtatur ergo Strabo incolas Syriæ Comagenæ ſeu Antiochenæ à veteribus ſcriptoribus Arimos, hoc eſt Aramæos dictos fuiſſe. Antiochenæ certè iſtius Syriæ honorificè & magnificè meminit Scriptura. Territoriū iſtiuſmodi vocat Terram חֲמָת Chamáth. Regnū ei tribuit inter cætera à Monarcha Aſſyrio conquiſita maximè inſigne: imò & vrbē metropolin, quam vocat חֲמָת רַבָּה Chamath magnam ſeu maiorem. Addunt & quidam eandem hanc aliàs vocari Riblá.. Ergo & hæc Syriæ pars nomine Arám dignanda, non ſolùm illis nominibus quæ ſuprà deſignauimus, ſed vel ea maximè gratia, quòd po-

¶.iij.

ſtremis tēporibus regio iſtiuſmodi ſuperiores illas ſex ſub iugū miſerit, & priuilegiis ſuis atq; adeò lingua ſua nobilitarit. Quod antequam demonſtremus, omnino definiendum videtur vnde deductum fuerit nomen ארם Arám.

Moſes Gen. 22. 21. Kamuelē appellat patrē Arám. quod vel ſonat eum autorem fuiſſe nominis vel certè Gentis illius, habitādíque & amplificandi territorii quod illa Gens incoluit, quæ de nomine Arám dicta eſt: quaſi illam denominarit vel ab Arám poſtremo filio Schem proauo ſuo, vel alia etiam de cauſa: vel eum filium habuiſſe nomine Arám, à quo Aramæa gens, eiúſque frequentatio & amplificatio atque nomen manarit. Coniecturam hanc vtranlibet confirmat idem Moſes eodem ipſo loco qui inter filios Nachór ex ſecundaria vxore ponit Mahacháh, autorē certè Arám Mahacháh, de qua ſuprá. Quinetiam כשד Cheſed ille qui ibidem recenſetur inter filios primariæ vxoris ipſius Nachoris, autor fuiſſe videtur, nominis כשדים, id eſt, Chaldæorum (quaſi Vr Chaldæorum per prolepſin dicatur) vt grammatica analogia & ſcriptio arguit: quam vtranque Chaldæi maximè affinem habuerunt cum Aramæis aliis. Nam & ipſa Aramæorum lingua non ſolùm ארמית Aramæa dicitur, ſed & לשון כשדים lingua Chaldæorum appellatur.

Apud vtros, Meſopotamicos videlicet & Chaldæos, cœperit linguæ Aramicæ vſus, meritò quis dubitet, ſed ſi valeat cõiectura ex ſuperioribus, & ex eo quòd prima linguæ Aramicæ mētio & veſtigia apparēt in Labanis Meſopotamici ſeu ארמי. i. Aramæi hiſtoria, videtur à Meſopotamia per poſteros Nachoris ad Chaldæos & Aſſyrios perueniſſe, Orientē verſus. An ita Occidentē verſus per eoſdem Nachoris poſteros ad alios tractus Arám trans Euphratem primùm deportata fuerit, non ita de omnibus liquidò conſtat. Certè poſtremis temporibus, propagato Chal-

dæorum

dæorum imperio, eorum quoque lingua nō solùm omnes illas Aramici tractus regiones peruasit, sed & Iudæam ipsam, Palestinam & Phœniciam: ita vt Aramæa lingua Hebraicam aliquo modo antiquasse & quasi obliterasse videatur: nec id semel, sed sæpius, variisque suis dialectis.

Miros enim fecit progressus lingua Aramica eiúsque dialecti. Nam ex Mesopotamia apud Chaldæos propagata, ita Babylone exculta fuit apud proceres & philosophos Babylonicos, vt ibi puritatem quàm maximam consequuta fuerit.

Meritò igitur primam, & præcipuam Aramicæ linguæ dialectum facimus Babylonicam: in qua edoctus Daniel, item & Hezras, in ea aliquot suorum scriptorum paginas exararunt.

Secundā eius dialectū appellabimus Chaldaicā seu Syracam: qua priores Bibliorum araphrastæ vsi sunt, quales puntOnkelos in Legem, & Ionathán in vtrosq; Prophetas, tam priores quàm posteriores.

Tertiam dialectum constituimus Ierosolymitanam, qua scriptæ sunt posteriores paraphrases in Legem & librum Ester. Atque hæc ita Ierosolylymitana dicta videtur, quòd vulgus Israelitarum reducum ex Babylonico exilio, multa vocabula Ammonitica, Moabitica, Persica & Græca, linguæ Chaldaicæ permisceret.

Quartam Aramicæ linguæ dialectum facimus mediam quandam inter Chaldaicam illam secundam, & tertiam hác Ierosolymitanam: qua scriptæ sunt paraphrases seu Targhumín in Quinque volumina, quæ vocant: in Psalmos, Prouerbia, & Iobum.

Atque ex hac superiorum dialectorum Aramicarum

differentia, duplex Targhúm constituitur ab Hebræorum doctoribus, Babylonicum & Ierosolymitanum. Vtrunque videlicet ita vocant, non quòd illud lingua Babylonica conscriptum fuerit, hoc verò Ierosolymitana: sed quòd illud puriore stylo constet, hoc impuriore.

Quintá addimus Aramæorũ dialectũ, nimirũ Talmudicá, quæ mixta videlicet est non ex superioribus solis, sed & ex Hebraica, eiúsq; idiotismis, & vocabulis Latinis, Græcis, Arabicis, & barbaris aliis audaciùs paulò assumptis.

In hac autem dialecto duplex etiá differentia Talmudici styli constituta est. Talmud videlicet vnum appellatur Babylonicum, quòd puriore stylo exaratum sit, alterum verò Ierosolymitanum, quòd impuriore: eadem prorsus ratione & analogia, qua Targhúm Babylonicum & Ierosolymitanum.

Sextam & postremam Aramicæ linguæ dialectum constituimus Syram Antiochenam seu Comagená, seu etiam Maroniticam. Illam sexto & postremo loco ponimus, non quòd velimus post alias illas omnes ortam fuisse, sed quòd omnium postrema vsum suum constanter retinuerit, atque omnibus illis successerit, omnésque illas antiquauerit. Illa enim est cuius vsus fuit non solùm in Ecclesia illa Antiochena, vt & in reliquo illius regionis agro: sed & tádem in toto Patriarchatu qui illi Ecclesiæ aliquando adiudicatus est. Inde fit vt illius vsus adhuc duret in Palmyrena: quæ regio, si eius solitudinem spectes, cis Euphratem ad Arabiam Fœlicem & Petram vrbem porrigitur. vnde & à Geographis illi adscribitur vrbs Maronia: cuius loci Episcopi, Monachi, Eremitæ & ciues diu pro Schismaticis habiti, tandẽ Ecclesiæ Romanæ nomẽ dederũt. Ob illius loci & Ecclesiæ celebritatem, lingua hæc Maronitica à quibusdam dicitur. Denique Mesopotamici nulla alia lingua vulgò, saltem Sacris suis operantes, vtuntur quàm Syra hac.

Porrò

Porrò hocloco oritur quæstio, an hæcipsa sit lingua qua Christus eiúsq; populares & σύσχωροι, in Iudæa vsi sint. Syram certè nondum vsitatam fuisse Iudæis Christi tempore, ex multis apparet, quæ nimis longũ esset recensere. Hoc vnum afferemus, in paraphrasi Noui testamenti in Ioann. 19. vers. 13. pro גַּבְּתָא λιθόστρωτος, aliis Aramæis vsitato, esse גְּפִיפְתָא Septũ: vnde omnino videantur tũc Iudæi secunda Aramæorum dialecto vsi, qua Ionathán, qui quadraginta circiter annos vixit ante Christũ, Iudæis sui temporis Vetus testamentum exposuit. Tantam verò huius linguæ antiquitatem arguit paraphrasis in Nouum testamentum, vt eá ausim Ecclesiæ illi Antiochenæ primùm nascenti, Christianísque illis primùm in ea appellatis, ascribere. Atque hoc efficit, vt huius dialecti Aramicæ cognitionem nobis Christianis magis necessariam credam, quàm vllius superiorum. Nã præter vsus varios quos cum illis omnes communes habet, peculiares quosdam & proprios & Christiano theologo necessarios suppeditat. Nemo sanè dubitat loca esse quàm plurima in Bibliorum contextu quæ multorum ingenia exercuerunt, vel propter varias vocum significationes, vel etiam sententiarum amphibologias. Ea verò omnia ita syncerè explicare potest Syra dialectus, vt nihil ad eius interpretationẽ requiras. Ad huius rei fidem quàm plurima exempla proferre possim, sed vel vnico contentus ero.

Nota nimis est amphibologia verborum Petri, ad Act. 3.21. Ὃν δεῖ οὐρανὸν μὲν δέξασθαι, Quem oportet cœlos quidem capere. Eam amphiboliam Syra paraphrasis suo idiotismo tollit, דְּלֵהּ וָלֵא לִשְׁמַיָּא דַּנְקַבְּלוּן Quem necesse est cœlis vt capiant: vt habes huius Grammaticæ pag. 222.

Hæc verò explicandi facilitas & dexteritas mirum in nobis excitare debeat desiderium aliarum paraphrasium

quæ apud Syros in vniuersa Biblia extant. Auget hoc desiderium quòd multi & Hebræorum, & Ecclesiæ primæuæ quam vocant, ritus qui in libris Sacris extant, quorúmque ratio nondum planè nobis constat, optimè & certissimè ex eius linguæ idiotismis definiri possint. Ad eam rem declarandam, vnicum etiam exemplum afferemus. Diu doctos Theologos torsit, vnde Paulus meminerit anathematis Maran-athá, omnésque maximè laborarunt in agnoscenda eius anathematis origine. Eam verò Syræ dialecti idiotismi ita arguunt, vt iam omnibus molestiis liberati, habeamus in quo acquiescamus. Apud Syros ergo pro Græca voce Κύριος, vulgò reponitur מָרַן, quod propriè sonat Dominus noster: quasi Syri pro affixo primæ singularis, quod vsurpant Hebræi in nomine Diuino אֲדֹנָי Domini mei, id est, Dominus Deus, reponant affixum plurale eiusdem personæ. Porrò vox illa Κύριος cócurrit cum ἦλθε Venit (quá vocem propriè declarat Aramæum אֲתָא) initio Prophetiæ comminatoriæ Enochi apud Iudam versu 14. Inde ergo nemo non videt deductam illam anathematis rationem, & ex primis illius anathematis verbis, minùs aliàs ad alia aliarum sententiarum initia vsitatis, anathema ipsum de more Hebræorum appellatum fuisse. Quàm pulchrè quadrarit anathema huiuscemodi in hypocritas & apostatas, hoc Theologis demonstrandum relinquo. Quòd verò in Syra phrasi inuertatur vocum Græcarum ordo, & pro ἦλθε Κύριος sit מָרַן אֲתָא, Syrorum etiam vt & Hebræorum, mori est tribuendum, qui naturalem vocum consequutionem sequuntur, quàm maximè possunt accuratissimé. Ergo vel hæc sola nobis hác dialectum commendare possint. Cæterùm quàm prolixè & apposité iuuetur aliarum Aramicarum dialectorum analogia huius Syræ certitudine, satis cóstat ex his quæ pluribus exponimus, p. 137. 147. 149. 187. 197. 243, & aliis quáplurimis locis.

Præter

Præter grammaticā analogiā, addam etiā, ignotā deriuationem & significationem multarum vocum satis alioqui vsitatarum in aliis Aramæorum dialectis, manifestissimè ex Syræ huius scriptione,& vsu designari. Vnum ad eam rem exemplū in præsentia sufficiat. Qua ratione Chaldaicum מֵרַת Vinum significet, & vnde deriuandum sit omnino aperit מֵארִית Vinum prodromum, de quo pagina 381. In eo א ex Syrorum idiotismo repræsentat י primam radicalē ex his quæ notauimus ad pag.220. Inde fit vt Chald. מֵרַת, & Syrum מֵארִית, eandem agnoscant originem & significationem quàm Hebraicum תִּירוֹשׁ. Nam Hebr. יָרַשׁ Possedit, migrat in Aramicum יָרַת, mutato pro more ש in ת, vt habes pag.28. Denique vt totum hoc argumentum semel concludamus, ex progressu nostræ huius Grammaticæ,& hi & alii varii & quàm plurimi huius dialecti vsus eam nobis quàm prolixissimè commendabunt. Iam verò ad præcipuam instituti nostri rationem venimus, cuius fundamenta ex his quæ diximus, hæc iacimus: Hebraicam videlicet linguam omnium primam, & matrem seu fontem ac originem facimus, ex qua reliquæ omnes deriuatæ fuerint. Illud vt constat liquidiùs in illis linguis quæ ad Iudææ viciniam vsitatæ fuerunt, etiam inde petendum videtur eius deriuationis exordium. Magis vicinas fuisse Aramicas regiones Iudææ iam intelligimus. Imò & ex hac vicinia linguam Hebraicam ita aliquando variatam, vt Aramicæ linguæ idiotismos aliquibus locis admiserit: tādémque variæ Aramicæ linguæ dialecti in genuinum Hebraicæ linguæ locum successerint. Quàm procliue hoc fuerit, & quàm verum, ex his quæ tradituri sumus, nemo non viderit. Ergo dum ad hæc nos accingimus, lectionis & pronuntiationis in vtraque lingua, Hebraica videlicet & Aramica, præcepta perstringimus: quid in quaque lingua

¶¶.ij.

cõmune sit & quid peculiare indicantes. Vt verò in declinandi ratione manifestior esset vtriusque linguæ affinitas, vocúmque deriuatio atque analogia, certam eius rei rationem & artem paucis tradidimus. In his autem omnibus hoc vnum conati sumus, vt nihil non iam explicatum obtruderemus, nihílque assumeremus ad alicuius præcepti expositionem, quod non vel expositum iam esset, vel ex his quæ traderemus per se liqueret. Vnde vbi Grammatica ipsa præcepta seriò aggredienda fuerunt, magis conueniens visum est à Vocibus consignificantibus eorum initium ducere. Eius rei rationem suo etiam loco reddimus: & quã tractatus illius partem attingendã censeamus, subiũgimus. Inde ad Nomina deuenimus eadẽ prorsus de causa, eadémque methodo: ita vt ex nominibus imperfecta alii loco referuemus. quoad videlicet verba imperfecta, à quorum analogia illa pendent, pertractauerimus.

A nominibus tandem ad Verba progredimur in quibus tractandis quam potuimus facilitatem & perspicuitatem adhibuimus: præsertim in imperfectis, quorum etiam ordines & ordinũ genera aliquando Hebraicè vt & Aramicè opponenda & comparanda fuerunt: non solùm vt meliùs cum Aramæis cõferrentur, sed etiam vt inter se collata faciliùs intelligerẽtur: & si quid in vno ordine aut genere ex alio repetendum, paucis perstringeretur. Pertractatis ita verbis imperfectis ad imperfecta nomina descendimus: quorum formas & inflexiones ad formas inflexionésque nominũ perfectorum reuocamus. Tandem ad reliquas voces consignificantes redimus, quas etiam ad formas nominum perfectorum & imperfectorum exigimus. Hæc verò simul in vtraque lingua, Hebraica & Aramica, ita accuratè & minutatim docemus, vt ferè præcepta præceptis opponamus. non quòd simul eodémque tenore

omnia

omnia ea docenda aut discēda censeam aut consulam: sed vt vbi docenda aut discenda erunt, statim suppetant. Hanc ergo vtriusque linguæ comparationem ita tractandā censeo, vt primùm Hebraica percurrantur. Quin etiam si quid in Hebraicis pertractādis aut difficilius occurrat, aut quod omnino ab Aramicis præceptis pendeat, illud in id tempus reiiciendum arbitror, quo Aramica percurrentur. Atque ea gratia diuersis characteribus vtriusque linguæ præcepta distinximus: Romanis quos vocant, præcepta Hebraica excudentes, Italicis verò Aramica. Porrò in Hebraicis præceptis digerendis & explicandis, vnicum Kimchí absolutissimum Hebræorum Grammaticum nobis sequendum proposuimus, & ad eius regulas omnia aliorum cùm Hebræorum tum Latinorum præcepta exegimus. Atque vt Scholam in qua versamur per deserta Iudaica & Aramica peregrinantem & oberrantem placidiùs deduceremus, visum est eius viæ vestigiis insistere, quæ illa primùm & iamdudum pressit & fixit. Quamminimùm ergo discessimus ab Antonij Cevallerij Grāmatica eiúsque ratione: ita vt eius etiā verbis quàm potuimus cōstantissimè, & per hanc nostram comparationem licuit, hæserimus. In Chaldaicis consilium Eliæ Leuitæ in præfatione in suum Methurghemán sequutus, quicquid legi aut audiui præceptorum & analogiæ eius linguæ ad Danielis & Hezræ scripta Chaldaica & alia eorum vestigia quæ in paraphrastis Aramicis restant, exegi: ad eam rem manu ductus ante octodecim annos ab Angelo Caninio, deinde post Caninium, à Mercero, quem muneris Regiæ suæ professionis in Academia Parisiensi inde initia ducentem, audiui. In Syris D. Tremellio præceptore quanuis muto, tamen vt doctissimo, ita & appositissimo vsus sum ad expediendas difficultates quæ in libris lingua

Syra conſcriptis mihi occurrerunt. Porrò ne proſodiæ ratio à nobis peculiari loco tradenda eſſet, ſingulis vocibus polyſyllabis tam Hebraicis quàm Chaldaicis proprio loco accentum adſcripſimus: vt inde ad cæteras eiuſdem analogiæ accommodari poſsit. In Syris hoc neglexímus, tum quòd vulgò in eorum libris accẽtus omitti ſoleat, tum etiam quòd ſatis ex aliorum Aramæorum collatione de eius ſitu cõſtare poſsit. Atque ferè iiſdem de cauſis Daghés, aliáque Syrorum puncta de quibus pag. 13. prætermiſimus: niſi quòd aliquot locis pluralis numeri indicia ſuperſcripſimus. Mappík ad He impunè omitti non poſſe duximus. Hæc autem vt quàm accuratiſsimè ſimus conati, ſi non aſſequuti, aliquo modo appareret, breuem & tamen tolerabilem praxim Grammaticorum horum præceptorũ, etiam in vtraque lingua, imò & in omnibus Aramicæ linguæ dialectis, ſubiunximus ex dotali quodam inſtrumento Hebraicis literis cõſcripto, ſed illis omnibus linguarum dialectis nobilitato, & punctis vocalibus pro cuiuſq; dialecti analogia à nobis illuſtrato. Hæc verò omnia ita accipi velim à candidis quibuſque lectoribus, vt noſtrum hunc laborem omniúmq; operarum quibus ad eum vſi ſumus, æqui boníque conſulant, & Deo nobiſcum omnia accepta ferant, illíque eo nomine immortales gratias agant.

קרני אל

AN-

ANTON. FAYVS IN COMPArationem linguæ Hebraicæ & Aramicæ, artificiosè & feliciter à Cornelio concinnatam.

Ausonio Graioq́; fauo sua labra rigarat
Europe, gemini laude superba soni.
Inuidet indignans Asia, & discrimina linguæ
Multiplicis queritur condita mille sibi.
Audiuit querulam CORNELIVS, oreq́; blando
Fatus, ait, Multis haud opus hìcce sonis.
Opponam geminis geminos: queis victa facesset
Europe Graio turgida & Ausonio.
Dixit. at illa rogat properet. tum protinus instat,
Vocibus Hebræis iungit & ille Syras.
Cum Latio tantùm cedit queis Græcia, quantùm
Eloquio cœli vana loquela soli.

ANDR. MELVINI IN linguæ Sanctæ præstantiam.

Quo distant certa incertis, æterna caducis,
Diuina humanis, denique lux tenebris,
Et cœlum terris: quanto discrimine rerum!
Hoc præstat linguis hæc pia lingua alijs:
Ad vitam quæ sola viam, sedésque beatas,
Et patrij pandit lucida regna poli.

Doctor idoneus.

Cui pectus sublime excelso attollit honore,
Et casto sanctum accendit amore animum
Syderibus cognata, polis æquæua, políque
Conscia, & æterni nuncia consilij
Lingua: Deo simul orta, simul sacrata: Deiq́;
Interpres dio nobilis eloquio,
CORNELII quà impressa vides vestigia, gressum
Dirige. Ne dubites hoc duce ferre gradum
Ad sacros, quà prona via, quà proxima, fontes.
Vnus pro cunctis sat tibi CORNELIVS.

EIVSDEM IN LINGVAE HEbraicæ & Aramicæ comparationem, non minùs artificiosè & eleganter, quàm laboriosè & diligenter concinnatam.

Matris vt effigies proles germana pudicæ est:
Vt fonti similis qui fluit inde latex:
Sic matrem linguarum vnam, castámque, piámque,
Sic fontem æternum diuitis eloquij,
Hebræam matrem Chaldæáque, Syráque proles
Quàm bene corde refert, tam bene & ore refert.
Quum proles germana sit hæc de matre pudica,
Et matri & proli nunc suus extet honos,
CORNELIO quæ digna satis patre præmia? per quem
Et matri & proli stat rediuiuus honos?

Si nouitas tibi grata, tibi si grata vetustas,
Hoc tibi quid libro gratius esse potest?

RVDIMENTORVM
linguæ Hebrææ
TRACTATVS PRIMVS.

De recta legendi & pronuntiandi ratione,

CAPVT I.

De literis.

AD rectam rationem legendi & pronuntiandi linguam Hebræam, nosse oportet literas, puncta & accentus.

Literæ sunt viginti duæ: omnes consonantes: & à dextra sinistram versus, hoc est naturali & recto ordine legendæ, quo etiam earum figuræ, nomina & potestates hîc subiiciũtur.

Potestas.		Nomen,	Figura,	
[ʼ] *Spiritus tenuis Græcorum. est enim primus Hebræorum spiritus, qui nudam oris apertionem indicat.*	אָלֶף	Aleph, quasi Princeps dicitur, ab ordine: quòd primarium obtineat locũ in alphabeto. Vnde & Græci suum ἄλφα, vt ab alijs alia literarũ suarũ nomina mutuati sunt. Aliis à bouis figura ita dicitur: quasi Hebræi AEgyptiorum Hieroglyphicis etiam primi vsi sint.	א	1
bh *lenissimũ.* b *durum.* *Prima est ex sex literis quæ vacua pũcto mollissimè & lenissimè pronuntiatur, cũ puncto verò duriter & asperè.*	בַּיִת	Beth, Dom⁹: à figura, quæ delineat præcipuas domus partes, fundamentum, parietem & tectum.	ב בּ	2

Poteſtas.	Nomen,	Figura,	
gh *leniſſimum.* g *durum.*	גִּימֶל Guîmel, Camelus: à gibbo quem in dorſo gerit, ſicut camelus, qui dicitur Hebræis גָּמָל *ghamál.*	גּ ג	3
dh *leniſſimum.* d *durum.*	דָּלֶת Dáleth, deducitur à דֶּלֶת *déleth,* Porta, quam delineat.	דּ ד	4
h *Secundus Hebræorum ſpiritus, qui denſo Græcorū respondet.*	הֵא He, Ecce, nomen ſumpſit à demõſtrantis geſtu.	ה	5
v *conſonans.*	וָו Vau, Vncinus, cuius figurá refert.	ו	6
z, *vel ſ, vt vulgò inter vocales pronuntiãt, vt in* miſer.	זַיִן Záiin, Arma, ſynecdochicôs vocatur, quòd clauæ vel etiam teli figuram exprimat.	ז	7
ch *Tertius Hebræorū ſpirit⁹ ſecundo denſior, ita vt nec Græcis nec Latinis literis bene exprimi poſſit.*	חֵית Cheth, Fera quadrupes.	ח	8
t	טֵית, aut rectiùs, טִיט Teth, Cœnum, ſeu locus cœnoſus, atque adeò Inuolucrum.	ט	9
j *conſonans.*	יוֹד Iod, Manus.	י	10
ch *leniſſimum.* c *durum.*	כַּף Caph, Palma, ſeu Cochlear.	כּ *principii & medii tantúm.* ךּ *finis tantúm.* כ ך	11

Prima quoque eſt ex quinque quæ duplicem habẽt characterem, quorum prior inſeruit vocis principio & medio tantùm, poſterior fini tantúm.

Poteſtas.	Nomen,	Figura,	
l	לָמֶד Lámed, Stimulus, ſeu Veru, cui ſimilis eſt.	ל	12
m -- *finale Gall.*	מֵם Mem, Labes.	מ *principii & medii tantúm.* ם *finis tantúm.*	13

Nechemjáh 2. verſ. 13. חֵם *ipſi[erant,] ſcribitur Mem principii & medii ad calcem: & viciſſim ſolo Ieſchahjáh 9. 7.* לְםַרְבֵּה *ad multiplicationem, ſcribitur Mem finis ad dictionis medium.*

Poteſtas.	Nomen,	Figura,
n ŋ *finale Gall.*	נוּן Nun,Propago,Puellus, Infans.	*finis tantùm.* ן *principii & medii tantùm.* נ 14
ſ, *initio quidem dictionis & in fine.*	סָמֶךְ Sámech,Fulcrum continuum.	ס 15
h *Quartus Hebraorũ ſpiritus omnium denſiſſimus, Gracis & Latinis barbar⁹.*	עַיִן Haáiin,Fons,ſiue Oculus.	ע 16
ph *leniſſimum.* p *durum.*	פֵּא Pe,Os.	*finis tantùm.* ף *principii & medii tantùm.* פ 17 פּ
tſ	צָדִי Tſadhí, Venabulũ, quod ſumma parte exhibet.	*finis tantùm.* ץ *principii & medii tantùm.* צ 18
q, k	קוֹף Koph,Simia.	ק 19
r	רֵישׁ Reſch, Caput, ob craſsitiem capitis:ſubtiliùs poteſt exponi Pauper, quòd plerique careát facultate rectè proferendi hanc literam.	ר 20
ſch ſ *in principio quidem dictionis, et in fine, prorſus vt Sámech.*	שִׁין Schin,vel שִׂין Sin,Dens,quaſi dentata litera:quòd tres dentes continere videatur.	שׁ 21 שׂ
th *leniſſimum.* t *durum.*	תָּו Tau, Terminus. vel quòd alphabetum terminet, ab ordine vocatur,ſicut A'leph: vel quòd termini in terram defixi figurã exprimat.	ת 22 תּ

Appendix ad figuram literarum.

Figuræ aliæ ſunt ſingulares ac propriæ, vt
אלבףקש.

Aliæ non prorſus abſimiles. { ג נ / ר ך / ו ו ז / ט ם ס / ע צ ץ

Aliæ ſimiliores, quas tamen attenta conſideratione & mediocri vſu facilè quiſque diſcernat. { ב כ / ד ר / ה ח ח / ם ס

Cæterùm aliæ ſunt figuræ literarum, quibus commentarij ſcribuntur, aut vulgò vtuntur qui manu pingunt: neque apud omnes Hebræos eædem vſitatæ ſunt. nam aliter Germani, aliter Hiſpani & Itali literas quas Currentes barbarè appellant, ſolent formare. Earum vſitatiores characteres hîc, nequid à nobis deſideretur, ſubiicimus.

א ב ג ד ה ו ז ח ט י כ ל מ נ ס ע פ צ ק ר ש ת

ך ם ן ף ץ

Appendix ad poteſtatem literarum.

Quanuis ex quinque vocis humanæ organis plura ad vnam aliquam literam pronuntiandam concurrant, vnum tamen eſt quod præter cætera laborat: vnde ab eo tanquam præcipuo & prædominante ipſa litera apud Hebræos denominatur. Atque hinc fit vt Hebræorum literæ, in quinque claſſes diſtribuantur. Aliæ enim in quibus guttur maximè laborat, Gutturales appellantur, vt אֲחָהַע *achháh*: quarum Aleph & He, ducto ex imo ventre ſpiritu efferuntur: hæc quidem cõpreſſo in ima gutturis parte, illa verò liberè vbique fluente: ח autem in medio, ע in ſummo gutture pronuntiatur. Aliæ in quibus palatum, Palatinæ dici poſſunt, vt גִּיכַק *ghichák*. Aliæ in quibus lingua, Linguales, vt
דטלנת

GRAMMATICÆ ARAMÆÆ tractatus primus.

De recta ratione legendi & pronuntiandi linguam Aramæam.

DE LITERIS.

CAPUT I.

VT lingua Chaldaica proximè ad Hebraicam accedit, ita & ijsdem characteribus literarũ, ac punctorũ cùm regiorum tum ministrantium, & accentuum, ex Danielis & Hezræ authoritate, atque adeò Hebræorum aliorum vel etiam Talmudistarum vsu, commodè describitur & legitur. Syra quoque quamuis eos proprios (sed fortasse aliquãdo communes toti tractui Syriæ) retinuerit, idem tamen ius nuper obtinuit. Et verò ita Hebraicarum literarum characteribus ea donata est, vt ש sinistrum, prorsus negligat. Illarum autem potestatem sibi à maioribus traditam ita religiosè excoluit, vt in exprimendo ו & י Latinam vtranque vtriusque literæ potestatem temperare videatur, ita vt ו modò sonet, vua, vue, vui, vuo, vuu: modò verò uva, uve, uvi, uvo, uvu: י autem, modò jia, jie, jii, jio, jiu: modò verò ija, ije, iji, ijo, iju: vnde & fit vt sæpe tum cum præcedentibus literis, tum cum subsequentibus in diphthõgos coalescãt, quod aliquo modo indicatur Rom. 10. vers. 20. בְעָאווּנִי behauvuni. i. quæsierunt me: & 12. 21. וְכַאווּה zechauvuh. i. vicerunt eam. תַחְוִיתָא tachvuitho, demonstrationẽ, 2. Cor. 8. 24. נוּכְרָיְתָא nuchroijtho, aliena, Actor. 7. 4. Eadem illa religio Syros omnino ineptos reddidit ad pronuntiandum P Latinum. Nunquam enim suum פ quãtumuis daghessandum, sicut nec Arabes, aliter quàm per φ seu ph, exprimant. Hoc certè priscos illos Hebræos, eorum maiores, factitasse tradit Hieronymus in Dan. cap. 11. vt illud Marci 7. 34. ἐφφαθὰ satis arguit.

דַּטְלְנַת *datlenáth*. Aliæ in quibus labia, Labiales, vt בּוּמַף *Bumáph*. Aliæ in quibus dentes, Dentales, vt זַסְרַצַשׁ *zasretsás*. Illud quoque addendũ, quasdam literas potestate ac pronuntiatione affines esse, vt כ ק, כ ח, ו ס צ שׂ, ד ט ת. quasdam etiam prorsus similes, vt ט,כ ו item, & ח cũ puncto: כ cum puncto, & ק: ס quoq; & שׂ. vnde etiã plerũque permutãtur.

Denique huius loci est quod Hebræi vt & Græci literarum suarum characteribus adscripto supernè puncto vel linea vtuntur, vt numeros notent. Hoc autem vt faciant, suarum literarum characteres omnes, etiam finales, in tres enneadas seu nouenarios digerũt, quorum primus vnitates ordine continet, secundus decurias, tertius centurias:

9	8	7	6	5	4	3	2	1
θ	η	ζ	ϛ	ε	δ	γ	β	α
ט׳	ח׳	ז׳	ו׳	ה׳	ד׳	ג׳	ב׳	א׳
90	80	70	60	50	40	30	20	10
ϟ	π	ο	ξ	ν	μ	λ	κ	ι
צ׳	פ׳	ע׳	ס׳	נ׳	מ׳	ל׳	כ׳	י׳
900	800	700	600	500	400	300	200	100
ϡ	ω	ψ	χ	φ	υ	τ	σ	ρ
ץ׳	ף׳	ן׳	ם׳	ך׳	ת׳	ש׳	ר׳	ק׳

Quinque centurias posteriores sæpius geminatis prioribus indicant,

קׄתׄ רׄתׄ שׄתׄ תׄתׄ תׄתׄקׄ

Millenarium primum, hoc est mille, per א̈, duobus punctis supernè ad vtrunque latus notatis designant, reliquos adiectis ad huiuscemodi א̈ reliquis literis primi nouenarij.

3000	2000	1000
γ	β	α
גא̈	בא̈	א̈

&c ita deinceps.

Numeros huiuscemodi simul commiscent ad reliquos indicandos.

19 18 17 16 15 14 13 12 11

יׂא יׂב יׂג יׂד טׂו יׂו יׂז יׂח יׂט

25 24 23 22 21

כׂא כׂב כׂג כׂד כׂה

&c. nam quòd in טׂו assumuntur ט 9, & ו 6, ad facienda 15, non autem יׂה, illud fit, ne incidatur in nomen diuinum יָהּ *iah*, Dominus.

CAPVT II.

De vocalibus.

PVnctorum Hebraicorum alia regia, alia ministrantia. Ministrantia sequenti capiti reseruamus. Regiorum quinque sunt longa, quinque breuia. Porrò regia huiuscemodi puncta tanquam per antonomasiam vocales appellare possumus.

Vocales longæ.

Potestas.	Nomen,	Figura,
ā *longum, sed obscurum, quale Germani pronuntiat, medio videlicet sono inter a & o.*	קָמֶץ גָּדוֹל Kaméts gadhól. i. Kaméts magnũ seu longũ. Vox קָמֶץ *kaméts* Contrahẽs, Comprimens & Constringens sonat, quòd sonus, a, in hac vocali cõprimendus, vbi in antistropha breui dilatatur.	אָ בָ
ē *longum, sed obtusum, quale agnoscunt Galli in voce s'eschauffer, incalescere.*	צֵרִי Tserí, vel צֵירֵי *Tsiré*, quòd sonum Cardinis pronuntiãdo exprimat. dicitur & Kaméts paruũ ob pronũtiationis affinitatẽ, & quòd pari discrimine differat ab, e, breui, quo Kaméts lõgũ	אֵ בֵ

Potestas.	Nomen,	Figura,
	ab, a, breui; oris scilicet collectione siue cōtractione, & dilatatione: vnde hæc puncta persæpe cōmutātur.	
ī *longum.*	חִירֶק, vel חֵרֶק גָּדוֹל, Chirék, vel Cherék gadhól. i. magnum, hoc est longum: dicitur quasi Frēdor, à sono: vnde etiā ab aliis vocatur שֶׁבֶר *schébher*, Fragor, & שָׁבוּר *schabhúr*, Fractus. Atq; magnum seu longum appellatur, vt à paruo .i. breui, distinguatur.	אִי בִי
ō *longum*	חוֹלֶם Chólem, Perfectio, vel חוֹלֵם *cholém*, Perficiens: nam plenè sonat, o.	אוֹ אֹ כוֹ כֹ
ū *longum.*	שׁוּרֶק Schurék, Sibilus: quia cum quodam sibilo profertur.	אוּ בוּ

Vocales breues.

Potestas.	Nomen,	Figura,
ă *breue, apertū & clarum.*	פַּתַח Pathách, quasi dicas Aperiens: valet enim apertum & clarum, a, vt potestas indicat. Dicitur etiam Pathách magnum seu majus respectu, e, breuis, quod Pathách paruum seu potiùs minus aliquando appellatur.	אַ בַ
ĕ *breue, quale Galli habēt in voce fer ferrum, & exprimūt sæpius per diphthongū, ai, vt faire facere, plaire placere.*	סְגוֹל vel potiùs סֶגוֹל Seghól, Bulla aurea, cuius formam exprimit. Vocatur & Pathách paruum seu minus, vnde & nonnunquam cum Pathách maiore commutatur.	אֶ בֶ
ĭ *breue.*	חִירֶק, vel חֵרֶק קָטוֹן Chirék, vel Cherĕk katón. i. paruum, hoc est breue. Nominis ratio explicata fuit in Chirék	אִ בִ

magno,

CAPUT II.

De vocalibus.

SYri duplicem quidem suarum quinque vocalium characterem habent, sed qui nullam in elementorũ quantitate varietatem repræsentet: imò ad scribendi festinantiam & decorem duntaxat inuentus sit. Postremus vtriusque generis, impositus literæ non quiescẽti, breue, u, efficit, כֻל Omnis, &c. מטל Quia: subiectus verò, u, longũ. Porrò ne quid desideretur, quod ad analogiã Hebraicã facere videtur, visum est ad repræsentandos quoslibet Syrarum vocalium sonos, septem vocalium Hebraicarum characteribus vti, nimirum Caméts, Tserí, Chirék vtriusque, ו, Pathách, & Kibbúts. Cæterùm non semper vocales adscribunt illis literis ad quas pertinent, sed vel præcedentibus vel subsequentibus, ita vt lectorem, analogiæ grammaticæ attendere necesse sit. Scribitur enim Matth.13.44. לְסִיכְּמָא pro לְסִימְּתָא thesauro: & Luc.1.31. חֲקַבְלִין pro חַקְבְלִין accipies.

Potestas.	Nomen,	Figura,
	magno, hoc est lõgo, cuius respectu hoc dicitur paruum, hoc est breue.	
ָ *breue.*	קָמֶץ חָטוּף KamétsChatúph.i.raptũ seu correptũ.i.è longo breue effectũ. Cæterùm quia breue est, raptũ dicitur. *Aliquando pingitur solo Kaméts. Vide paulò infrà in punctis ministrantibus.*	אָ בָּ
ֻ *breue, siue u Gallicũ.*	קִבֻּץ Kibbúts.i.collectio, quòd in eius pronũtiatiõe labia cõtrahãtur: quod plenius exprimunt alii qui vocant קִבֻּץ שְׂפָתַיִם *kibbúts sephatháym* Collectionẽ labiorũ. Dicitur etiã שְׁלוֹשׁ נְקוּדוֹת *schelósch nekudhóth* Tria pũcta, sed cõmuni magis quàm proprio nomine.	אֻ בֻּ

Commune est omnibus vocalibus vt nūquam absque præcedente consonante pronuntientur. si modò excipias ו quod passim initio dictionis non præcedente consonante nudum & solum pronuntiatur, וּבְתוּאֵל *uvethuél*, & Bethuél: item & Chirék quod itidem pronuntiatur absque propria consonante in media dictione יְרוּשָׁלַםִ *Ieruschaláym*. Inde fit vt Hebraicè vocales post suas consonantes semper pronuntientur, antè non ita, excepto vno Pathách sub חַעָה *chaháh*, postremis literis ipsius dictionis. Siquidē hæ literæ ad calcem dictionis post vnam ex 4. vltimis vocalibus longis, aut etiam Kibbúts occurrentes, præter vsitatam formationem asciscunt Pathách, post quod pronuntiantur ad iuuandam earum literarum pronuntiationem, alioqui satis difficilem, אֹרֵחַ *oréach*, viator, רָקִיעַ *rakíah*, expansio, גָבוֹהַּ *ghabhóah*, sublimis, שָׁלוּחַ *schalúach*, missus, שָׁבוּעַ *schabhúah*, hebdomas.

Peculiare est ipsi Caméts, ו, ו & Pathách, vt ad calcē dictionis ante י, quatuor diphthongos conficiant: item & eidem Caméts, Tserí, Chirék & Pathá h, vt eodē loco ante ו, totidem cōstituant, ita vt Hebræorum diphthongi octo sint, omnésque ad dictionis calcem propriè pronuntientur, אֲדֹנָי *Adhonaí*, Dominus (Deus,) גּוֹי *ghoí* gens, גָּלוּי *galuí*, detectus, אֲדֹנַי *adhonaí*, domini mei, אֲדֹנָיו *adhonáv* vel *adhonaú*, dominus eius, שָׁלֵו *schalév* vel *schaleú*, pacificus, פִּיו *piv* vel *piú*, os eius, קַו *kav* vel *kaú*, regula.

Peculiare quoque est vocalibus longis, vt semper aliquam ex literis יְהוּא *jehú*, habeant secum vel expressam vel absconditam, non vt illæ pronuntientur, sed potiùs vt sileant, & (vt vulgò loquuntur) quiescant: atque quiescētes quietem suam moræ plenam vocalibus illis communicēt, quò aliqua sit significatio & ratio productioris quantitatis quæ in illis pronuntiandis adhibetur.

א etiam expressè cum in medio tum in fine dictionum

silet

silet, seu quiescit in omnibus longis vocalibus, vt צָבָא *tsabhá*, exercitus, כִּסֵּא *chissé*, solium, נָבִיא *nabhí*, Propheta, רִפֵּאנוּ *rippínu*, curauimus, בֹּוא יָבֹוא *bo iabhó*, veniendo veniet, 1.Schem.9.ver.6. הוּא *hu* ipse.

ה duntaxat in fine dictionum quiescit in Caméts, Tserí, Chólem, vt יְהוּדָה *Iehudhá*, Iehudá, אַרְיֵה *arjé*, leo, גָּלֹה *galó*, reuelando.

ו vtrobique expressè sæpius in ו, & semper in וּ, vt in אוֹ *o*, aut, הוּא *hu*, ipse.

Syri Pathách auxiliari puncto ח, ה, *&* ע, *finalibus subiecto, vti non solēt, sicut nec Chaldæi in affixo masculino* ה, *præcedente Tserí*, יֵשׁוּע Ieschuh, *Iesus*, בֵּהּ beh, *in eo*.

Diphthongum וי *admittere quidem non possunt Syri, sed hîc Hebræis præstant quòd diphthongos vsitatiores habeant & frequentiores, imò & eas in medijs dictionibus sonent, vt* פּוּלוֹס paulous, *Paulus: cuius vsus vestigia reliqua sunt apud Græcos interpretes in* ναῦν, Θευδᾶς *&* Θουβάλ, *ab Hebraicis* נון *Nun*, תּוֹדָא *Theudas, &* תּוּבָל *Thubál. Addunt & quidam Syros agnoscere diphthongum Gallicam ei*, תְּחֵית techeith, *sub: cuius diphthongi etiam vestigia cernuntur in Græco* σεραφεὶμ *quod habent Græci interpretes pro Hebraico* שְׂרָפִים *Seraphim, Iesch.6.vers.6. Porrò in diphthōgorum pronūtiatione non solùm* י *instar* i, *Latini vocalis pronuntiant, sed &* ו *instar u etiam vocalis, vnde & aliquando ad* ו *coalescens in diphthōgum adscribunt suum, u, vt Marc.12.9.* מַנוּ manaú, *Quidnam?*

י in media dictione, in Caméts, vtrobiq; verò in Tserí, & Chirék, דְּבָרָיו *debaráv*, verba eius, דִּבְרֵי *dibhré*, verba, דְּבָרִי *debhárí*, verbum meum.

Ex his tres אוי, nonnunquam etiam quiescunt in breuibus vocalibus, א in Pathách, in medio dictionis tantùm, vt וַאדֹנָי *vadhonaí*, & Dominus: in Seghól & Kibbúts, tam in medio quàm in fine, מְצֶאנָה *metséna*, inuenite, fœmin.

gen.פֶּרֶא *pére*, onager, פֻּארָה *purá*, ramus, כָּלֻא *calú*, conclusus. ה in Pathách, Seghól, & Kibbúts, tantùm in fine, מַה *ma*, quid, פֶּה *pe*, os, שָׁפְכֻה *schápechú*, effuderunt. י in Seghól, in medio tātùm, vt גְלֶינָה *gheléna*, migrate.f. Quòd verò hæ tres literæ ita aliquando sileant seu quiescant in Pathách & Seghól, illud eò fit quò latior harum vocalium pronun tiatio significetur: in Kibbúts, non solùm vt latius, sed etiam vt longius indicetur, vel certè in longæ vocalis locum suffectum. Porrò א non modò in propinquo Caméts aut Pathách silet, sed & in remoto, שָׁוְא *schav*, mendacium, וַיַּרְא *vaijár*, & vidit: quanquam sunt qui tum א quiescere velint, nulla habita præcedentis vocalis ratione.

Denique vt omnia superiora breuissima regula conclu damus, Nunquam legendæ sunt nec sonādæ literæ יְהוּא, *iehú*, siue אֱהוִי *eheví*, nisi afficiantur propria aliqua vocali, aut in diphthongum coalescant.

CAP. III.

De punctis ministrantibus.

Ministrantia puncta sunt sex: duo solis consonantibus ministrant, vnum solis vocalibus, tria consonantibus & vocalibus.

Ministrantia solis consonantibus.

Potestas.	Nomen,	Figura,
Efficit vt	מַפִּיק	הּ
literæ quæ	Mappik, Educens.	ּ

alioqui silentes seu quiescētes videri possunt, omnino pronuntientur. Omnes enim literæ יְהוּא eo affectæ censentur, vbi pronuntiandæ sunt: sed duabus solis inscribitur, nimirum ה in fine dictionis, & י in media dictione post Chirék, גָּבֹהַּ *gabhóah*, excelsus, קוֹמְמִיּוּת *komemijúth*, erectio.

Syri literas quiescentes tres solas agnoscunt, illas nimirum quas Hebræi Matres appellant, אוי. Imò & quidam obseruant vnà & cum, י, in pronomine secundæ personæ singularis fœmininæ, Chirék ipsum etiam omnino quiescere, ita vt nunquam legant כי .. echí, sed ech.

Syris peculiare est, vt א etiam in eadem dictione, subsequente הו *Hoc, vel Est, alibi quiescens in Kaméts, quiescat in Pathách, vbi ante* הו *priscis Hebræis nullus intercederet regius accentus, vel ad indicandum inuersum verborum ordinem, vel perfectum aliquem sententiæ sensum, vt Hebr. cap. 9.16.* מַחְוֵיָא מַוְתָא הוּ *mortem illud indicat,* א *quiescit in Kaméts, quia Hebræi prisci illam sententiam sic describerent,* הַמָּוֶת הוּא מַחְוֶה*. At ver. 17.* עַל מִיתָא הוּ דִין *Illud enim ob mortuum, quiescit in Pathách, siquidem Hebræi hanc sententiam sine accentu regio ante* הו *exprimerent,* כִּי הוּא*, &c.*

CAPUT III.

De punctis ministrantibus.

QUod ad seruilia seu ministrantia puncta attinet, duo quidem agnoscunt Syri, sed quorum vnum & consonantibus & ipsis dictionibus, pro diuerso colore & situ, diuersa etiam officia exhibeat. Siquidem rubrica designatum summum, medium vel infimum literarum בגד כפת *&* ט *afficit, vt Syrorũ Ruchoch .i. Raphé, aut eorũ Kuschoi, id est, Daghés leue Hebræorum repræsentet, aliarum verò reliquarum, vt illarum fortiorem & duriorem pronuntiationem significet, nisi quòd etiam ad He supplet Hebraicũ Mappík, ita vt pronomen quoque tertiæ personæ delineet, præsertim fœmininum, si nigrum literæ He impositũ fuerit. Huius etiam coloris primæ syllabæ vel literæ verbi imponitur, vt primam personam indicet: secundæ syllabæ aut literæ, vt secundam (& proinde aliquando imperandi aut obsecrandi modum:) tertiæ aut certè post secũdam, vt tertiam personam signi-*

Poteſtas.	Nomen,	Figura,
Postrema in ׃ *aut* ו *frequẽtissima est, & Aramæorũ maximè propria, nisi quòd Hebraicè in quiescentibus Pe Iod inuenitur* עֻצוּ *consilium inite, Ieschah.8.10. item & quædam perfecta quæ in futuro Kal loco* ו *habet* ו*, quale est illud perfectum,* תִּשְׁמוּרֵם *custodiet eos, Prouerb.cap.14.3. & imperfectum,* וָאָנוּשָׁה *& dolui, Psal.69.21.*

Unde hanc formam dicere possumus deductam à tertia forma præteriti, vt hæc puncta sunt permutabilia, assumptúmque à Chaldæis potiùs Kibbúts, quia contractiores & expeditiores sint: vel certè eam deriuatam dicere possis ab Hebraico imperatiuo, vt etiam Hebraicè fit in quiescentibus Hayn, in quibus est קוּם *pro* קְוֹם *Surge, &c.*

Chal-

illa sit א:tũc enim media gutturalis habet Chateph-seghól, א verò Seghól,אֶחֱזוּ apprehendite,Cant.2.15.Porrò restituto accentu pristinæ sedi restituuntur quoque pristinæ vocales,imò & Patháchdemutatur in Kaméts,פִּקְחוּ,פִּקְדוּ.

Pauca ad Chirék effectum ex Scheuá sub prima adiiciunt Méthegh,vnde media pronũtianda est per Cateph-pathách,שִׁחֲדוּ munerate,Ijób 6.22.

Pauca etiam sequũtur pũctuationem primæ formæ infiniti paragogici,מִשְׁכוּ trahite,Iechez.32.20.

3 Idem fit ob י quiescens in Chirék magno (nota fœminini generis in omnibus imperatiuis & futuris secundæ personæ,omnium coniugationum & ordinum)quod ob ו in superiore voce,cùm ad minorem accentum, vt in paradig.tum etiam ad maiorem,פִּקְחִי,פִּקְדִי. Imitatur in paucis paragogẽ ה,vt מַלְכִי regna,Iud.11.–חֶשְׂפִּי nuda,Ieschah 47.2: Vnum habet primam cum Seghól & Méthegh, sequente Chateph-kaméts,–אֶחֱזִי apprehẽde,Ruth 3.15. Quædam ad euphoniam ob maiorem accentum habent ad primã Kaméts-chatúph sequente Kaméts, צָעֳקִי clama, Iirm. 22. 20. חָרָבִי desolare, Ieschah.44.27. Vnũ habet ad primã Kaméts sequente Chateph-kaméts sub secunda ס,quasi & illa gutturalis esset,–קָסֳמִי diuina,1 Schem.28.8.

4 Additur syllaba נָה, ad primã vocem vtriusque formæ: quod etiam obtinet in aliis aliarum coniugationum imperatiuis,ídque in omnibus ferè ordinibus. Verùm ex eiuscemodi syllaba נה modò detrahitur ה, quód suppressum quiescit in præcedente Kaméts,vnde illud imperfectũ קְרֶאןָ vocate,Ruth.1.20.modò vnà etiam ipsum Kaméts, ita vt nudum Nun remaneat,vnde illud שְׁמַעְן audite,Genes.4. 23.modò etiam ex eadem syllaba נה ipsum נ detrahitur, ita vt eius vocalis Kaméts ad vltimam radicis reiiciatur,vnde illud חֲגוֹרָה accingite, Ieschah.32.11, pro חֲגוֹרְנָה. & ibidem רְגָזָה contremiscite, pro רְגֹזְנָה, in quo Patháchalterius for-

mæ

mæ in maiore diſtinctione migrat in Kaméts, vt & in integro fieret,פְּקֻחָה. Denique ibidem חִרְדוּ Expaueſcite, maſc. vſurpatur pro fœm. per enallagen.

Futurum.

Vnicum futurum Hebraicum omnes aliorum ſignificationes induit, cuiuſcunque linguæ & modi ſint. Imò & aliquando ponitur pro quolibet præterito, aut cùm præteritis in narratione ſubiicitur, aut præfixum habet ו cum Pathách ſequente Daghés, vel Kaméts loco vtriuſque: aut etiam ante ſe habet אָז Tunc: ponitur quoque pro infinito: ſumitur etiã pro præſenti (vt videre eſt apud Pagninum Inſtit. Heb. lib.3. cap.12.) præſertim vbi ſignificatur cõtinuus actus, vt in ſententiis generalibus qualis eſt Mal. 1.6. Filius יְכַבֵּר honorabit [.i. honorare ſolet] patrem. Atque huiuſcemodi ſententiæ non ineptè per præſens tempus aliquãdo exponuntur. accipitur & pro modo Optãdi, vt in illa vſitata phraſi, Quis יִתֵּן dabit, pro, Vtinam: pro modo quoque Potentiali, vt Ieſch.53.8. ætatem (durationem) eius quis יְשׂוֹחֵחַ enarrabit. i. enarrare poſsit. Denique interdicta per futurum concipiuntur loco imperatiui, vt לֹא תִרְצָח Ne occidito, Exod.20.13.

Aperiam.	אֶפְקַח	Comm. ge.	Viſitabo.	אֶפְקוֹד	1
aperiet.	יִפְקַח	Maſcul.	viſitabit.	יִפְקוֹד	2
aperies.	תִּפְקַח		viſitabis.	תִּפְקוֹד	3
aperiemus.	נִפְקַח	Commun.	viſitabimus.	נִפְקוֹד	4
aperient.	יִפְקְחוּ	Maſcul. &	viſitabunt,	יִפְקְדוּ	5
aperietis.	תִּפְקְחוּ		viſitabitis.	תִּפְקְדוּ	6

"A tertia, sola persona & genere differt.

7	"תִּפְקוֹד	visitabit.	Fæm. gen.	"תִּפְקַח	aperiet.
8	תִּפְקְדִי	visitabis.		תִּפְקְחִי	aperies.
9	תִּפְקוֹדְנָה	visitabitis, vel visitabunt.		תִּפְקַחְנָה	aperietis, vel aperient.

Omnes omnium futurorum voces deformantur à quatuor vocibus Imperatiui sumptis in primaria punctuatione, aut etiam maioris distinctionis, si modò illis præfigatur quatuor literæ אֵיתָן, à quibus etiam futurum aliquando vocatur AEthán. Quæ accidentia notet vnaquæque harum literarum, habes in diagrammate. Hæ verò literæ vt ministrantes sunt, notari deberēt Scheuá: verùm ob Scheuá subsequens sub prima radicis, tres posteriores י, ת & נ notantur Chirék breui: prima א, quia gutturalis est, notatur Seghól, vt in paradigma: nisi forte prima radicalis sit gutturalis, tum enim omnes notari possunt Seghól vel Pathách, siue gutturalis subsequens habeat punctum compositum, siue ad simplex vtrumlibet redierit, יֶחֱרַב siccabitur, Ijób 14. vers. 11. תֶּחֱרַב desolabitur, Iirmej. 26.9. יַעֲטוֹף obteget se, Iesch. 57.16. יַעְטֹף, Ijób 23.9. אַהַרְגָה interficiam, Genes. 27.41. אֶחְדְּלָה cessabo, Ijób 16.6. excepto תֶּהֱלַךְ spatiabitur, Psal. 73.9. Porrò א AEthán nunquàm hîc habet Pathách nisi in paragoge.

In 1,2,3,4, & 7, vtraque forma in i & in Pathách in eandem vocem hîc disertiùs competit quàm in imperatiuo, תִּשְׁבַּת requiescet, Leuit. 26.34. תִּשְׁבֹּת cessabis, Exod. 23.12. i etiam hîc, ad Makkáph sæpius sustentatur per Méthegh, יִגְבָּל־אוֹתוֹ terminabit eum, Iehosch. 18.20. יִגְנֹב־אִישׁ furatus fuerit vir [quispiam,] Exod. 22.1. quàm destitutum mutatur in Kamets-chatúph, יִתְמָךְ־דְּבָרַי sustētet verba mea, Prouer. 4.4. quod perpetuum est in imperatiuo, הֲרָס־שִׁנֵּימוֹ demolire dentes eorum. Psal. 58.7.

In paragoge rarò admodum prima radicalis gutturalis habet Seghól, vt in imperatiuo: aliquando quidē Pathách,

Chaldæi in duabus medijs vocibus paragogen Nun admittere possunt, vt in Psalmum 4.4. וִיהַעוֹן & scitote, vbi in alijs exemplaribus est וִידְעוּ. Reperiri etiam posset שְׁמַעִין Audi [fœmina,] sicut apud Talmudistas reperitur, אַנְהֲרִין Præluce, fœmininum in Afhél.

Chaldæi quod viderim in quarta, in hoc ordine, nunquam committunt apocopen literæ quiescentis ad finem, vt sæpe Hebræi, & semper Syri, qui dicunt פְּקוּדִין, &c. ו ita quiescēte, ne affixum existimetur.

Futurum.

Aramæis idem ferè est futuri vsus qui Hebræis: hoc duntaxat interest, quòd vulgò in præteritum conuerti non solet.

Syrè, נֶפְקוּר, *&c.*

תִּפְקְדוּן יִפְקְדוּן תִּפְקֹר יִפְקֹר

נִפְקֹר אֶפְקֹר. *Syr.*

תִּפְקְדָן יִפְקְדָן *Syrè*, נֶ, תִּפְקְדִין תִּפְקֹר אֶפְקוּר.

Syrè, תֶּפְקוּדִי.

Ut Hebraicè, sic & Aramicè futura deformantur ab imperatiuis, adiectis literis אֵיתָן, quæ Chaldaicè ferme eadem habent puncta pro primæ radicalis diuersitate: nisi quòd vix est Chirék ante gutturales, vt in Hebr. יִהְיֶה Erit, יְחִיֶה Viuet. sed sæpius occurrit forma יַעֲבֵד, vix יֶעְבַּד Faciet, vbi Hebræis frequentius est יַעֲמוֹד Stabit, quàm יַחְפּוֹץ Volet, vel Maturabit. Satis frequens est hîc יֶעְבַּר, frequentius tamen יַעֲבַר Transibit, vt etiã Hebraicè יֶעֱרַב temperatum erit, Psalmo 104.34, quàm יֶחְסַר deficiet, Prouerb. cap. 31.11. Hîc inuenitur תַּעַבְדוּן facietis, Hez. cap. 7.18. sed vsitatius est תַּעַבְדוּן, Hezræ cap. 6.8. Hebraicè quidem reperitur, וְיֶחְפְּרוּ & erubescant, Psalmo 35.4. sed vsitatius est יַעַמְדוּ Stabunt. Satis vtrobique est vsitata Hebraica forma יַעַבְרוּ Transibunt.

Syri perpetuò & constãter habent אֵיתָן cum Tserí: nisi quòd est Hebr. 2.10. יְגַמְּרִיוהִי perficeret eum: Act. 21.14. יְהֲוֵא fiat: & 1. Cor. 16.2. יְהֲוְיָן fiant.

Atque hæc de prioribus syllabis. quod ad posteriores attinet, formæ omnino eædem hîc sunt quæ in imperatiuo. Quæcunque autem sit vltima vocalis, siue Pathách, ·· , Chirék , ו, siue Kibbúts, migrat illa in Scheuá, vbi adyciuntur literæ aliquæ: siue paragogicæ, qualis est א, *quæ adyci rarò solet, ídque solis primis personis,* אִפְּקְרָא נִפְּקְרָא: *siue formatiua* ן *præcedente* ו, *Chirék longo, & Kaméts. nisi quòd inuenitur seruatum Kibbúts in* יְתֻובוּן *habitabunt,* Hosch.*9.3. apud Ionathán, item & Mich. cap. 4.4. vt* Hebraicè *etiam seruatur* ו *in* תִכְרוּתוּן *excindetis, Exodi 34. 13. & Kaméts in* תִּדְבָּקִין *adiunges te, Ruth 2.21. Et verò etiam scriptum* ו *retinere possemus loco Scheuá, vt fit in* Hebraicis, יִשְׁפּוּטוּ *indicabunt, Exodi 18.26. &* תַּעֲבוּרִי *transibis, Ruth. 2.8. Denique ad illud Mich. excipi potest,* וִיתוּבוּן *& reuertentur, legi posse, ita vt cum interpretatione allusio admissa sit. ad illud autem* Hosch. *vel admissum fuisse errorem ex altera voce non absimili,* וִיתוּבוּן *& reuertentur, quæ eodem versu subycitur: vel commissam dictionum combinationem, vt Rabbini nostri loquuntur, qualis omnino est illa Iirm. cap. 10.11. non* עֲבַדוּ יֵאבַדוּ *fecerunt, peribunt: quæ eò disertior est, quò amissum est* ן *formatiuum, fortasse etiam ob retroactum accentū, vt fit in* יְחִיטוּ, *cōponunt, apud* Hezrā *Chaldaicè scribentē, de quo infrà in Afhél quiesc.* ע. *Inuenitur certè Matth. 28.10.* דִּיאזְלוּן *vt proficiscantur, sed in eo potest mutasse locum Kibbúts, ita vt ad* ו *ipsius Lámed adscribendum potiùs fuerit. Denique & vidētur illa duo esse Chaldaicæ minùs emendatæ, in qua sæpius deperditur* ן *istiusmodi in 2. fœmin. singul. vt videre est in Targh. Ruth, detrito etiam apice. vnde & in Psalmum 27.10.* יִשְׁבְּקוּ *(vel* יִשְׁבְּקוּ*) relinquent, quidam legunt, vbi correctiora exemplaria habent,* שְׁבַקוּ *dereliquerunt.*

· *Syri ad 3. fœm. sing. Chaldaicam semper adyciunt Iod quiescens in Chirék, nulla variatione in eius vocis terminatione admissa: ídque in omnibus ordinibus, excepto quiescentium Lámed, in quo Babylonica terminatio etiam Syra est.*

In

ſed ſæpius Scheuá, אַחְרְלָה, אֲהַרְגָה: ſecunda ferè mutat hîc Chólem & Pathách in Scheuá, deſcendente videlicet accentu ad paragógē. Reſtituto enim eo priſtinæ ſedi, reſtituenda quoque eſt priſtina vocalis, ita vt etiā Pathách producendū ſit in Kaméts, prorſus vt & in imperatiuo, אֶפְקְדָה, אֶפְקְדָה, אֶפְקְחָה, אֶפְקוֹדָה. aliquando etiam mutatum in Kamets-chatúph proprium locum ipſius ו retinet, ſecusquàm in imperatiuo, אֶשְׁקוֹטָה quieſcam, Ieſch.18.4.

5, 6, & 8. Vt hæ voces à ſuperioribus formantur, ferè priora duo puncta eadem habent. Quæ primam habent gutturalē, aliquid habent difficultatis. Aliquādo enim ſub ea habebunt nudum Scheuá, præſertim ſi in ſuperioribus vocibus deſinant in Pathách, יַחְסְרוּ indigebunt, Pſal.34. 11. יֶחְרְדוּ commouebunt ſe, Iechez.26.18. etiam in maiore diſtinctione, יֶחְכָּמוּ ſapientes euadent, Ijób 32. 9. aliquando verò ſolum Seghól, יֶחֶרְדוּ commouebunt ſe, Hoſch. 11. 11. vel Pathách, præſertim ſi in ſuperioribus vocibus deſinant in i, תַּעַבְרוּ tranſibitis, Iehoſch.1.14. Atque ex his ferè omnia in maiore diſtinctione retinent Chateph-pathách, תַּעֲבֹרוּ trāſibitis, Hamos 5.5. ex illis pauca ־:, יֶחֱרָדוּ commouebūt ſe, Ieſch.41.5. ſicque poſteriora duo puncta eadem hîc ſunt quæ in imperatiuo: ſi duo exceperis, יִשְׁפּוֹטוּ iudicabunt, Exod.18.26. & תַּעֲבוּרִי tranſeas, Ruth 2.8. יַתְשַׁחֲרִי & muneribus afficiebas, Iechez.16.33, cum imperatiui punctis congruit. Litera ן paragogicōs his vocibus adiicitur ſecus quā in imperatiuo, תִּפְקְדִין, תִּפְקְדוּן, יִפְקְדוּן, &c. ita vt in maiore diſtinctione accentus ſemper ad vltimam conſiſtat, quanuis penultima eius vi longa remaneat, תִּכְרֹתוּן ſuccidetis, Exodi 34.13. תִּדְבָּקִין adhærebis, Ruth 2.21.

9. Ex hac etiam voce detrahi poteſt ה vt in imperatiuo, תִּלְבְּשֻׁן induebant ſe, 2.Schem.13.18. ſed nunquam Kaméts, nec ן, vt in imperatiuo. At eo præſtat hîc futurum imperatiuo, quòd creſcat ſyllaba mutato Pathách ſecundæ ra-

Q j.

cuiuſlibet vocis ipſius verbi induere poteſt. Vide priorem partem Michlól Kimchí, ad affixionẽ infiniti, & Pagninũ Inſtit. Hebraicarum lib. 2. cap. 6. vbi hoc etiam adiicitur nõ

Verborum.

Non gutturalium.

Primam,

פְּקוֹד Abſoluta.

הֶחְע & aliquãdo א. אֱ & aliquando הֶ.
חֲמוֹל Parcere. אֱמוֹר

פְּקוֹד Sæpius ſyntactica.
ו iſtiuſmodi mutatur in Kametschatúph ſequente Makkáph פְּקָר־.

aliquando vt חֶמְלָה mutato ו in Kibbúts reiiciendum ad primam.

ה פָּקְדָה Paragogica.
ן אֲבָדַן
Perire, Eſt. 8. 6.
mutato ו in ־: reiiciendũ ad primã.

י דְּרִיוֹשׁ Inquirere. Hez. 10. 16. Epétheticay.

solùm infinitum sumi pro nomine, sed & nomen sumi pro infinito, quod etiam factũ à Thucydide inter alia eius καινοπρεπῆ aliquando notaui.

Forma infiniti Gutturalium ad

Tertiam ח, ה & ע. | Secundam,

פְּקוֹחַ Aperire

aliquando vt non guttur. | aliquando vt רְאַב Dolere.

פְּקוֹחַ, & פְּקֹחַ, quá contractá formá sequuntur, vt & aliàs, quædá neutra nõ gutt. שְׁכַב Iacere.

& gutturalia ad primam. אֲשֹׁם Delinquere.

In his & in רְאַב ad maior. accentum ־ in ־ migrat.

aliquando vt

אַשְׁמָה פִּקְחָה Mutant Pathách in Scheuá, ante quod alterum Scheuá mutatur de more vel in Pathách sub gutt. in Chirék,

רַאֲבָה, mutato Pathách in ־ֲ, ex cuius vi ר habet Pathách.

רָחֳקָה Longè abesse, mut. ו in ־ֳ, ex cui· vi litera ר habet Kaméts.

In maiore distinct.

רַאֲבָה, restituto accentu pristinæ sedi restituitur pristinæ vocalis quæ & producitur.

רָחְקָה cómutatis prioribus vocalib·.

De Gerundijs.

Gerundia deformãtur ab infinito,præfixis literis בִּכְלָם reliquis illius formis ab abſoluta,excepta vnica פְּקַח.

In viſitando, id eſt,quum viſitem: vel poſt viſitandum, id eſt, quum viſitarim,ſeu viſitaſſem.	בִּפְקוֹד	Præſens & præteritũ.
Secundum viſitandum. i. quum viſito ſeu viſitem: vel,quum viſitarim ſeu viſitaſſem.	כִּפְקוֹד	Præſens & præteritũ.
Ad viſitandum,vel vt,&c.	לִפְקוֹד	Futurũ.
A viſitãdo,id eſt, à viſitatione: vel, ne viſitem,&c.	מִפְּקוֹד	Præt. & futurũ.

Igitur ב vt ſignificat In, vel Poſt, pertinet tam ad præſens,quàm præteritum tempus. כ vt ſignificat Secundum, vel Quum, ſeruit vtrique tempori. ל vt ſignificat Ad,eſt futuri temporis. מ præterito & futuro accõmodatur: quia valet modò De,modò α στερητικὸν ſeu priuans, quod exponendum eſt per Ne.

Punctuationem literarum כלב ſuprà docuimus, imò & craſin Seghól & Chateph-ſeghól in Tſerí,in לֵאמֹור Dicendo, paſsim obuio. מ verò, vt eſt à dictione conſignificante מִן à, aut imperfecta retinet vbique ſuum Chirek,ſequente Daghés,מִפְּקוֹד:aut loco Daghés aſſumit Méthegh, מִרְדֹף à perſequẽdo,1.Schem.23.28.aut Tſerí, מֵחֲדוֹל vt ceſſem,1.Schemuel.12.23. Cæterùm literæ בִּכְלָם accentum non mutant.Poſtremò notandum,infinitum pro gerũdiis vſurpari,& contrá.

Imperatiuus.

Vſurpatur imperatiuus non tãtùm ſimpliciter, ſed & ironicôs, בֹּאוּ בֵית-אֵל Ingredimini Bethél, Ham. 4.4. Item indefinitè,vbi imperium non dirigitur ad certum aliquem

quo in Benoni, nisi quòd Chirék magnum manet inuariatum.

Ut aliquando assumitur ex nominibus, forma Benoní quæ ad Hebraicam quàm proximè accedit, ita & euenit in Pahúl, nisi quòd Chaldæorum festinatio postulare videtur Scheuá in prima, אֲנוּסִין *vi coacti & oppreßi, Hosch.12.11. apud Ion. Quinetiam Syri aliquando adiectorum nominũ formam vsurpãt, vt suum Pahúl repræsentent, vt 2 Tim.3.15.,* יַלִּיף *edoctus.*

Infinitum.

מִפְקַד.

Infinitum Aramæum meliore de nota potest habere accidentia Hebraici quàm ipsum Hebraicum. Siue enim מָקוֹר *Scaturiginẽ seu fontem, siue* שֵׁם הַפּוֹעַל*, id est, Nomẽ verbale voces, eorum ratio hîc meliùs constare videtur. Nam omnino deformatur instar nominum, & nominis verbalis significationem sæpius sustinet. Ad illud ergo deformandum videtur assumi litera Mem ex heemantiuis, quæ præfigitur radicibus Aramicis, exactis ad terminationem primæ formationis: Chaldæis verò etiam ad tertia, Iiób 29.6.* בְּמִסְחֵי *in lauando: in qua quibusdam placet mutandum* ו *in Kibbúts,* לְמִפְרַק *ad vindicandum, Ruth.4.4: assumpta hac terminatione ex imperatiuo.*

Mem huiuscemodi, vt à frequentiori alia nominum forma infinitum aliquando distinguatur, Chaldaicè afficitur Chirék, nisi ante gutturalem, ante quam habet Seghól: atque hoc ante quamlibet literam, apud Syros perpetuum est. Chald. מִפְקַד *&* מֶעְבַּד *Facere.* *Syrè,* מֶפְקַד.

Habent *& Chaldæi vt Hebræi gerundia deformata per literas Bichlám, seruatis iisdem accidentibus, nisi quòd hîc Mem futurum tempus duntaxat cum sua negatione includit, non item & præteritum, quod vt meliùs designetur, atque etiam vt eiusdem literæ concursus vitetur,* ל *interponitur.*

Ne iubeat.

בְּמִפְקַד. כְּמִפְקַד לְמִפְקַד מִלְּמִפְקַד

Hebraicè certè inuenitur Hamôs 6.14.מִלְּבוֹא, *ex quo ingreditur [quis] Chamáth: sed affirmatiuum est. Negatiuè sæpius vsurpant Rabbini*, מִלִּכְתּוֹב *Ne scribam*, &c.

Syri tertio gerundio duntaxat vtuntur: quòd si quarti significationem exprimere velint, assumũt מִן *A*, & ד *præfigũt tertio gerundio, Hebr.*4.1.מִן דְּלְמֶעַל *ab ingrediendo: ex Def.* 'ע. *Ab eo Chaldæi ad conciliandam euphoniam aliquando Mem detrahũt, vt Daniel semper in* לֶהֱוֵא *Vt sit, & Ezras in* לִבְנֵא *Ad ædificandum*, 5.3. & 13. *quanquam aliàs retineri potuerit Mem, ex vsitato infinito*, מִבְנֵא & מֶהֱוֵא. *Atque in his perpulchrè videtur obseruata Hebraica punctorum, atque adeò supplementi ipsius analogia: quod & faciendum censerem in illo* לְמְרוֹד *Ad rebellandum, quod quidem pro vsitato* לְמִמְרַד *aliquando inuenitur: nisi quis excipiat Daghés abijciendum esse, vt propiùs accedat ad Hebraicam formationem. Atque hoc affectasse videntur Talmudistæ, qui ad formam Hebraicam Iod quiescens in Tserí duntaxat asciscunt*, קְטוֹלֵי *Occidere*, לִקְטוֹלֵי *Ad occidendum.*

Quinetiam duas posteriores vocales huius formationis, omniũ coniugationum infinitis accommodare norunt.

*Ad hanc formationem quidam exigunt illud Nech.*13.29. עַל גָּאֳלֵי הַכְּהֻנָּה *quòd polluerint sacerdotiũ: ita vt Græcè verti posset* διὰ τὸ μιάναι*: sed alij malunt esse Tóar actiuæ aut passiuæ significationis, vel etiam nomen substantiuũ, imò & alia significatione, quam sequuti videntur Græci quos habemus*, ἐπ' ἀγχιστείᾳ τῆς ἱερατείας *ob consanguinitatem sacerdotij. Addunt & illi ijdem illud Hezræ cap.*7.26, לִשְׁרֹשִׁי *ad eradicandum: quasi Chirék sit loco Tserí: sed & eo sit vt potiùs nomen fœm. absolutũ censeam, vt suprà diximus.*

Et verò Chaldæi non solas masculinorum nominum formas assumunt ad sua infinita designanda, sed & fœmininorũ, qualis est illa in ו *siue* ות, פְּקָרוּת, פְּקָרוּ, *in omnibus infinitis omnium ferè coniugationum: tum verò vel maximè vbi affixa subiun-*

genda sunt, quæ tamen in hac coniugatione primæ illi crebriùs annecti solent.

Istas verò nominum formas masculinas & fœmininas, Chaldæi Hebræorum exemplum sequuti, suis infinitis accommodarunt. Siquidem Hebræi vulgò explicant masculina illa, Num. 10.2. לְמִקְרָא הָעֵדָה וּלְמַסַּע אֶת־הַמַּחֲנוֹת *ad conuocandum cœtum, & ad faciendum proficisci (mouenda) castra. Quidam his annumerant illud Ester* 9.19. וּמִשְׁלֹחַ *& mittere (mittebant.)*

Fœminina verò frequentiùs vsurpant Hebræi, tum absoluta, quale est illud Deuteronomij 19.9. לְאַהֲבָה אֶת־יְהֹוָה *ad diligēdum Dominum (nisi malis esse infinitum paragogicum:) tum syntactica, vt Ieschah.*13.19. כְּמַהְפֵּכַת אֱלֹהִים אֶת־סְדֹום *sicut subuertit Deus Sodomam: tum etiam affixa, Iechez.*16.52. בְּצַדֶּקְתֵּךְ *quum iustificaueris tu sororem tuam. Sed ad illam Chaldaicam propiùs accedunt illa Iechez.*24.26. לְהַשְׁמָעוּת *ad faciendum audire aures: & Daniel.*11.23. וּמִן־הִתְחַבְּרוּת *& ex eo quòd (postquam) coniunxerit se illi, &c.*

Postremò hoc addendum est, primam illam formam admittere paragogen א *satis frequentem, non solùm apud Chaldæos, Psal.*40.1. מִסְבַּרָא *Sperando, & Hez.*5.9. לְמִבְנֵיָא *ad ædificandum: sed etiam apud Syros, qui tum resecant* מ*, reiecto eius puncto ad literam subsequentem, vt Matth.*13.14. דְשִׁמְעָא *quòd audiendo: quod etiam nomen videri potest ex Cal.*3.2. *&* 5.

Imperatiuus.

Imperatiui vsus idem ferè omnibus Aramæis esse potest, qui est Hebræis. *Sed Syri &* Hebræis *& reliquis Aramæis hoc præstare videntur, quòd vt in præterito quasdam imperatiui voces vsurpant, sic contrà in imperatiuo quamplurimis præteriti vocibus vtantur. Quinetiā inde fit vt non solis secundis personis imperent, sed & primis & tertijs. Illud certè non passim obtinet nec in quibuslibet eorum verbis, sed disertissimum est in verbo* הֲוָא *Fuit: quòd quia propriè ad quiesc.* ל *pertinet, eorū quæ hîc tradimus, exempla eò reijcimus.*

virũ,רְאֵה Vide (.i. Vide quiſquis es, ſeu, Videat quilibet) odorẽ filij mei, Gen.27.27. Habet & vim Aduerbij, tum exhortandi, חֲזַק וֶאֱמָץ valeto & robora te.i. Eja ſeu agedum, virum te præſta, Iehoſch.1.9. tũ qualitatis, הֵטִיבִי נַגֵּן bonifa canere.i. bene cane, Ieſch.23.16. Vſitatiſsimum denique eſt, vt pro futuro ponatur, רַחֲקִי abeſto.i. aberis. Ieſchah.54.14.

Aperi.	פְּקַח	*Maſc. gen.*	Viſita.	פְּקוֹד	1
aperite.	פִּקְחוּ		viſitate.	פִּקְדוּ	2
aperi.	פִּקְחִי	*Fæm. gen.*	viſita.	פִּקְדִי	3
aperite.	פְּקַחְנָה		viſitate.	פְּקוֹדְנָה	4

1 Eædem ſunt huius vocis formæ quæ infinitiui conſtructi, excepta vnica פְּקוֹחַ, ídque in omnibus coniugationibus perfectorum, ac ferè etiam imperfectorum, vt ex ſola contextus ſententia diſcernantur. Omnes etiam infiniti paragogici formas admittere poteſt, excepta illa in qua prima gutturalis habet Pathách, cuius loco hîc eſt Seghól, עֶרְכָה ordina, Ijob 33.5. Imò & aliquando hîc poſt Chirék ſub prima, eſt Daghés in media, נִצְּרָה cuſtodi, Pſal. 141.3. & Kaméts ſub prima cum Méthegh loco Kamets-chatúph, שָׁמְרָה cuſtodi, Pſal.86.2. Quinetiã ad primã aliquando eſt ו ſubſequente Chateph-pathách ſub ſecũda gutturali, וְזֹעֲמָה deteſtare, Num.23.7. aliàs 11. Denique non retroacto accentu, ad ſecundam aliquando collocatur Kaméts, רְפָאָה ſana, Pſal.41.5.

2 ו vtrique formæ ſingulari ad huius vocis formationem adiectum, ad ſe trahit accentum, vnde vocalis ſpoliata proprio accentu migrat in Scheuá, & Scheuá prius in Chirék, vt in paradigmate: niſi media ſit gutturalis, tum enim illa habet Chateph-pathách, afficítque literam præcedentem ſimplici puncto Pathách, רַחֲקוּ, רַאֲבוּ. niſi præcedẽs

illa

Syrè, פְּקוֹר, *&c. Syr.* פְּקַדוּ, *&c.*

.פְּקַד פְּקַדוּ פְּקַד פְּקַדוּ פְּקֻד פְּקֻדוּ

.פְּקַדִי פְּקַדְנָא פְּקַדִי פְּקַדְנָא פְּקֻדִי פְּקֻדְנָא

Syr. דִין. *Syr.* דִין *Syr.* פְּקוּדִין

Duæ priores formæ à duabus prioribus præteriti sumptæ sunt, vnde & in secunda Chald. posset vbique esse Chirék, in quod in medijs eius vocibus Tserí semper abit, vbi à Syris perpetuò retinetur. Quo modo verò Hebraicè vulgò forma in Pathách locum habet, vbi gutturales secundum aut tertium locum radicis obtinẽt, ita & Aramicè: nisi quòd hîc ad ר *tertiã rad. extenditur,* אֱמַר *Dic, quod vulgò belli illi punctatores in paraphrasibus Chaldaicis scripserunt* אֵימַר*, non aduertentes Iod indicare non solùm vtrunque Chirék, sed etiã cuilibet e ex Grammaticæ analogia accommodandum esse. quæ hîc primam syllabam vult raptim pronuntiandam esse, nisi fulciatur accentu, vt Hez.* 5.15. אֱזַל־ *abi: in qua voce obseruata etiam apparet alia analogia, quam Hebræi vsitatam habent in hac forma, qua vtuntur in imperfectis in prima, atque eiuscemodi est illud Genes.* 19.9. גֶּשׁ־ *Accede.*

Postrema in ו *aut* ו *frequẽtissima est, & Aramæorũ maximè propria, nisi quòd Hebraicè in quiescentibus Pe Iod inuenitur* עֻצוּ *consilium inite, Ieschah.* 8.10. *item & quædam perfecta quæ in futuro Kal loco* וֹ *habet* וּ*, quale est illud perfectum,* תִּשְׁמוּרֵם*, custodiet eos, Prouerb. cap.* 14.3. *& imperfectum,* וָאָנוּשָׁה *& dolui, Psal.* 69.21.

Vnde hanc formam dicere possumus deductam à tertia forma præteriti, vt hæc puncta sunt permutabilia, assumptúmque à Chaldæis potiùs Kibbúts, quia contractiores & expeditiores sint: vel certè eam deriuatam dicere possis ab Hebraico imperatiuo, vt etiam Hebraicè fit in quiescentibus Hayn, in quibus est קוּם *pro* קְוֹם *Surge, &c.*

Chal-

illa ſit א:tũc enim media gutturalis habet Chateph-ſeghól, א verò Seghól,אֶחֱזוּ apprehendite,Cant.2.15.Porrò reſtituto accentu priſtinæ ſedi reſtituuntur quoque priſtinæ vocales,imò & Pathách demutatur in Kaméts,פְּקֹדוּ,פִּקְחוּ.

Pauca ad Chirék effectum ex Scheuá ſub prima adiiciunt Méthegh,vnde media pronũtianda eſt per Cateph-pathách,שִׁחֲדוּ munerate,Ijób 6.22.

Pauca etiam ſequũtur pũctuationem primæ formæ infiniti paragogici,מָשְׁכוּ trahite,Iechez.32.20.

3 Idem fit ob י quieſcens in Chirék magno (nota fœminini generis in omnibus imperatiuis & futuris ſecundæ perſonæ,omnium coniugationum & ordinum)quod ob י in ſuperiore voce,cùm ad minorem accentum, vt in paradig.tum etiam ad maiorem,פְּקֹדִי,פִּקְחִי. Imitatur in paucis paragogê ה,vt מָלְכִי regna,Iud.11.–חֶשְׂפִּי nuda,Ieſchah 47.2: Vnum habet primam cum Seghól & Méthegh, ſequente Chateph-kaméts,–אֶחֱזִי apprehẽde,Ruth 3.15. Quædam ad euphoniam ob maiorem accentum habent ad primã Kamets-chatúph ſequente Kaméts, צָעָקִי clama, Iirm. 22. 20. חָרָבִי deſolare, Ieſchah.44.27. Vnũ habet ad primã Kaméts ſequente Chateph-kaméts ſub ſecunda ס,quaſi & illa gutturalis eſſet,–קָסֳמִי diuina,1 Schem.28.8.

4 Additur ſyllaba נָה, ad primã vocem vtriuſque formæ: quod etiam obtinet in aliis aliarum coniugationum imperatiuis,ídque in omnibus ferè ordinibus. Verùm ex eiuſcemodi ſyllaba נָה modò detrahitur ה, quód ſuppreſſum quieſcit in præcedente Kaméts,vnde illud imperfectũ קְרֶאןָ vocate,Ruth.1.20.modò vnà etiam ipſum Kaméts, ita vt nudum Nun remaneat,vnde illud שְׁמַעְן audite,Geneſ.4.23.modò etiam ex eadem ſyllaba נָה ipſum נ detrahitur, ita vt eius vocalis Kaméts ad vltimam radicis reiiciatur,vnde illud חֲגֹרָה accingite, Ieſchah.32.11, pro חֲגֹרְנָה. & ibidem רְגָזָה contremiſcite, pro רְגַזְנָה, in quo Pathách alterius formæ

mæ in maiore distinctione migrat in Kaméts, vt & in integro fieret,פְּקַחְנָה. Denique ibidem חִרְדוּ Expauescite, masc. vsurpatur pro fœm. per enallagen.

Futurum.

Vnicum futurum Hebraicum omnes aliorum significationes induit, cuiuscunque linguæ & modi sint. Imò & aliquando ponitur pro quolibet præterito, aut cùm præteritis in narratione subiicitur, aut præfixum habet ו cum Pathách sequente Daghés, vel Kaméts loco vtriusque: aut etiam ante se habet אָז Tunc: ponitur quoque pro infinito: sumitur etiā pro præsenti (vt videre est apud Pagninum Instit. Heb. lib.3. cap.12.) præsertim vbi significatur cōtinuus actus, vt in sententiis generalibus qualis est Mal. 1.6. Filius יְכַבֵּד honorabit [.i. honorare solet] patrem. Atque huiuscemodi sententiæ non ineptè per præsens tempus aliquādo exponuntur. accipitur & pro modo Optādi, vt in illa vsitata phrasi, Quis יִתֵּן dabit, pro, Vtinam: pro modo quoque Potentiali, vt Iesch.53.8. ætatem (durationem) eius quis יְשׂוֹחֵחַ enarrabit. i. enarrare possit. Denique interdicta per futurum concipiuntur loco imperatiui, vt לֹא תִרְצָח Ne occidito, Exod.20.13.

Aperiam.	אֶפְקַח	Comm. ge.	Visitabo.	אֶפְקוֹד	1
aperiet.	יִפְקַח	Mascul.	visitabit.	יִפְקוֹד	2
aperies.	תִּפְקַח		visitabis.	תִּפְקוֹד	3
aperiemus.	נִפְקַח	Commun.	visitabimus.	נִפְקוֹד	4
aperient.	יִפְקְחוּ	Mascul.	visitabunt,	יִפְקְדוּ	5
aperietis.	תִּפְקְחוּ		visitabitis.	תִּפְקְדוּ	6

"A tertia, ſola perſona & genere differt.

7 תִּפְקוֹד"	viſitabit.	Fœm. gen. תִּפְקַח"	aperiet.
8 תִּפְקְדִי	viſitabis.	תִּפְקְחִי	aperies.
9 תִּפְקוֹדְנָה	viſitabitis, vel viſitabunt.	תִּפְקַחְנָה	aperietis, vel aperient.

Omnes omnium futurorum voces deformantur à quatuor vocibus Imperatiui ſumptis in primaria punctuatione, aut etiam maioris diſtinctionis, ſi modò illis præfigãtur quatuor literæ אֵיתָן, à quibus etiam futurum aliquando vocatur AEthán. Quæ accidentia notet vnaquæque harum literarum, habes in diagrammate. Hæ verò literæ vt miniſtrantes ſunt, notari deberẽt Scheuá: verùm ob Scheuá ſubſequens ſub prima radicis, tres poſteriores י, ת & נ notantur Chirék breui: prima א, quia gutturalis eſt, notatur Seghól, vt in paradigm. niſi forte prima radicalis ſit gutturalis, tum enim omnes notari poſſunt Seghól vel Pathách, ſiue gutturalis ſubſequens habeat punctum compoſitum, ſiue ad ſimplex vtrumlibet redierit, יֶחֱרַב ſiccabitur, Ijób 14. verſ. 11. תֶּחֱרַב deſolabitur, Iirmej. 26.9. יַעְטוֹף obteget ſe, Ieſch. 57.16. יַעְטֹף, Ijób 23.9. אַהַרְגָה interficiam, Geneſ. 27.41. אחדלה ceſſabo, Ijób 16.6. excepto תַּהֲלֹךְ ſpatiabitur, Pſal. 73. 9. Porrò א AEthán nunquàm hîc habet Patháchh niſi in paragoge.

In 1, 2, 3, 4, & 7, vtraque forma in ו & in Patháchh in eandem vocem hîc diſertiùs competit quàm in imperatiuo, תִּשְׁבַּת requieſcet, Leuit. 26.34. תִּשְׁבֹּת ceſſabis, Exod. 23.12. ו etiam hîc, ad Makkáph ſæpius ſuſtentatur per Méthegh, יִגְבָּל־אוֹתוֹ terminabit eum, Iehoſch. 18.20. יִגְנֹב־אִישׁ furatus fuerit vir [quiſpiam,] Exod. 22.1. quàm deſtitutum mutatur in Kamets-chatúph, יִתְמָךְ־דְּבָרַי ſuſtẽtet verba mea, Prouer. 4.4. quod perpetuum eſt in imperatiuo, הֲרָס־שִׁנֵּימוֹ demolire dentes eorum. Pſal. 58.7.

In paragoge ràrò admodum prima radicàlis gutturalis habet Seghól, vt in imperatiuo: aliquando quidẽ Patháchh,

 ſed

Chaldæi in duabus medijs vocibus paragogen Nun admittere possunt, vt in Psalmum 4.4. וִיהַעוֹן *& scitote, vbi in alijs exemplaribus est* וִידַעוּ*. Reperiri etiam posset* שְׁמַעִין *Audi [fœmina,] sicut apud Talmudistas reperitur,* אַנְהֲרִין *Præluce, fœmininum in Afhél.*

Chaldæi quod viderim in quarta, in hoc ordine, nunquam committunt apocopen literæ quiescentis ad finem, vt sæpe Hebræi, & semper Syri, qui dicunt פְּקוּדִין*, &c.* י *ita quiescēte, ne affixum existimetur.*

Futurum.

Aramæis idem ferè est futuri vsus qui Hebræis: hoc duntaxat interest, quòd vulgò in præteritum conuerti non solet.

Syrè, נֶפְקוּר*, &c.*

יִפְקַר תִּפְקַר יִפְקְרוּן תִּפְקְרוּן

אֶפְקַר. *Syr.* נִפְקַר

אֶפְקוּר. תִּפְקַר תִּפְקְרִין *Syrè,* נֵ, יִפְקְרָן תִּפְקְרָן -

Syrè, תֶּפְקוּדִי.

Ut Hebraicè, sic & Aramicè futura deformantur ab imperatiuis, adiectis literis אִיתָן*, quæ Chaldaicè ferme eadem habent puncta pro primæ radicalis diuersitate: nisi quòd vix est Chirék ante gutturales, vt in Hebr.* יִהְיֶה *Erit,* יִחְיֶה *Viuet. sed sæpius occurrit forma* יַעֲבֵד *vix,* יַעְבֵּד *Faciet, vbi Hebræis frequentius est* יַעֲמוֹד *Stabit, quàm* יַחְפּוֹץ *Volet, vel Maturabit. Satis frequens est hîc* יֶעֱבַר*, frequentius tamen* יִעְבַּר *Transibit, vt etiã Hebraicè* יֶעֱרַב *temperatum erit, Psalmo 104.34, quàm* יֶחְסַר *deficiet, Prouerb. cap. 31.11. Hîc inuenitur* תַּעַבְדוּן *facietis, Hez. cap. 7.18. sed vsitatius est* תַּעְבְּדוּן*, Hezræ cap. 6.8. Hebraicè quidem reperitur,* וְיַחְפְּרוּ*, & erubescant, Psalmo 35.4. sed vsitatius est* יַעַמְדוּ *Stabunt. Satis vtrobique est vsitata* Hebraica *forma* יַעַבְרוּ *Transibunt.*

Syri perpetuò & constãter habent אִיתָן *cum* ? *Serí: nisi quòd est* Hebr. 2.10. יְגַמְרִיוּהִי *perficeret eum: Act. 21.14.* יְהְוֵא *fiat: & 1. Cor. 16.2,* יֶהְוְיָן *fiant.*

Atque hæc de prioribus syllabis. quod ad posteriores attinet, formæ omnino eædem hîc sunt quæ in imperatiuo. Quæcunque autem sit vltima vocalis, siue Patháh, ·· , Chirék ,י, siue Kibbúts, migrat illa in Scheuá, vbi adijciuntur literæ aliquæ: siue paragogicæ, qualis est א, *quæ adijci rarò solet, ídque solis primis personis,* אִפְקְדָא נִפְקְדָא*: siue formatiua* ו *præcedente* י*, Chirék longo, & Kaméts. nisi quòd inuenitur seruatum Kibbúts in* יְחוּבוּן *habitabunt*, Hosch.9.3.*apud Ionathán, item & Mich.cap.4.4. vt* Hebraicè *etiam seruatur* ו *in* תִכְרוּתוּן *excindetis, Exodi* 34. 13.*& Kaméts in* תִדְבָקִין *adiunges te, Ruth* 2.21. *Et verò etiam scriptum* ו *retinere possemus loco Scheuá, vt fit in* Hebraicis, יִשְׁפּוּטוּ *iudicabunt, Exodi* 18.26.*&* תַעֲבוּרִי *transibis, Ruth*.2.8. *Denique ad illud Mich.excipi potest,* וִיתוּבוּן *& reuertentur, legi posse, ita vt cum interpretatione allusio admissa sit. ad illud autem* Hosch.*vel admissum fuisse errorem ex altera voce non absimili,* וִיתוּבוּן *& reuertentur, quæ eodem versu subijcitur: vel commissam dictionum combinationem, vt Rabbini nostri loquuntur, qualis omnino est illa Iirm.cap.*10.11. *non* עֲבַדוּ יֵאבַדוּ *fecerunt, peribunt: quæ eò disertior est, quò amissum est* ו *formatiuum, fortasse etiam ob retroactum accentū, vt fit in* יְחִיטוּ*, cōponunt, apud* Hezrā *Chaldaicè scribentē, de quo infrà in Afhél quiesc.'*י*. Inuenitur certè Matth.*28.10.דִיאזְלוּן *vt proficiscantur, sed in eo potest mutasse locum Kibbúts, ita vt ad* ו *ipsius Lámed adscribendum potiùs fuerit. Denique & videtur illa duo esse Chaldaicæ minùs emendatæ, in qua sæpius deperditur* ו *istiusmodi in* 2.*fœmin.singul. vt videre est in Targh.Ruth, detrito etiam apice. vnde & in Psalmum* 27.10. יִשְׁבְּקוּ *(vel* יְשַׁבְקוּ*) relinquent, quidam legunt, vbi correctiora exemplaria habent,* שְׁבָקוּ *dereliquerunt.*

Syri ad 3.*fœm.sing. Chaldaicam semper adijciunt Iod quiescens in Chirék, nulla variatione in eius vocis terminatione admissa: ídque in omnibus ordinibus, excepto quiescentium Lámed, in quo Babylonica terminatio etiam Syra est.*

In

ſed ſæpius Scheuá, אַחֲרִנָה, אחרלָה: ſecunda ferè mutat hîc Chólem & Pathách in Scheuá, deſcendente videlicet accentu ad paragógē. Reſtituto enim eo priſtinæ ſedi, reſtituenda quoque eſt priſtina vocalis, ita vt etiã Pathách producendũ ſit in Kaméts, prorſus vt & in imperatiuo, אֶפְקְדָה, אֶפְקֳדָה, אֶפְקְדָה, אפקורה. aliquando etiam mutatum in Kamets-chatúph proprium locum ipſius ו retinet, ſecusquàm in imperatiuo, אֶשְׁקוֹטָה quieſcam, Ieſch.18.4.

5, 6, & 8. Vt hæ voces à ſuperioribus formantur, ferè priora duo puncta eadem habent. Quæ primam habent gutturalẽ, aliquid habent difficultatis. Aliquãdo enim ſub ea habebunt nudum Scheuá, præſertim ſi in ſuperioribus vocibus deſinant in Pathách, יֶחְסְרוּ indigebunt, Pſal.34.11. יֶחְרְדוּ commouebunt ſe, Iechez.26.18. etiam in maiore diſtinctione, יֶחְכָּמוּ ſapientes euadent, Ijób 32. 9. aliquando verò ſolum Seghól, יֶחֶרְדוּ commouebunt ſe, Hoſch. 11. 11. vel Pathách, præſertim ſi in ſuperioribus vocibus deſinant in ו, תַּעַבְרוּ tranſibitis, Iehoſch.1.14. Atque ex his ferè omnia in maiore diſtinctione retinent Chateph-pathách, תַּעֲבֹרוּ trãſibitis, Hamos 5.5. ex illis pauca ֵ: ִ, יֶחֱרָדוּ commouebũt ſe, Ieſch.41.5. ſicque poſteriora duo puncta eadem hîc ſunt quæ in imperatiuo: ſi duo exceperis, יִשְׁפּוּטוּ iudicabunt, Exod.18.26. & תַּעֲבוּרִי tranſeas, Ruth 2.8. יְתַשְׁחֲרִי & muneribus afficiebas, Iechez.16.33, cum imperatiui punctis congruit. Litera ן paragogicũs his vocibus adiicitur ſecus quã in imperatiuo, תִּפְקְדִין, תִּפְקְדוּן, יִפְקְדוּן, &c. ita vt in maiore diſtinctione accentus ſemper ad vltimam conſiſtat, quanuis penultima eius vi longa remaneat, תִּכְרֹתוּן ſuccidetis, Exodi 34.13. תִּדְבָּקִין adhærebis, Ruth 2.21.

9. Ex hac etiam voce detrahi poteſt ה vt in imperatiuo, תִּלְבַּשְׁןָ induebant ſe, 2.Schem.13.18. ſed nunquam Kaméts, nec ן, vt in imperatiuo. At eo præſtat hîc futurum imperatiuo, quòd creſcat ſyllaba mutato Pathách ſecundæ ra-

In fœmininis pluralibus non ita insolens videtur Nun adiectum fuisse tanquam proprium earum characterem, quum id etiam Hebraicè *fiat. Sed hîc obseruanda sunt duo discrimina, prius est, quòd quanuis Chaldæi in imperatiuo fœmin. plur. habeant* נָא*, tamen in futuro eiusdem numeri & generis, sit solum Nun præcedente Kaméts, quòd nimirum Nun hîc formatiuum semper secum trahat accentum: posterius est, quòd personæ quæ ex regulis* Hebraicis *in vnam confunduntur, hîc per se distinctæ sunt. nisi fortè* Hebraicè *hanc distinctionem agnoscere velimus in tribus illis,* וַיֵּחַמְנָה *& incalescebant, Genes.30.38. &* וַיִּשַּׁרְנָה *& direxerũt sese, 1. Schem.6.12. &* יַעֲמֹדְנָה *stabũt, Dan.8.22. quæ Masoritæ androgyna vocant: quòd scilicet ad earũ formationem concurrat Iod* אֵיתָן*, solarum masculinarum character, &* נָה *solarum fœmininarum.*

Veruntamen reperitur Psalmo 65.13. תַּחְגֹּרְנָה *accingent se (fœminino genere:) quasi ibi confusio Hebraica admissa sit, vel certè personarum enallage, quemadmodum & generum hîc satis frequens (sicut & Hebraicè)* יִתַרְפּוּן *exanimabuntur (masc. genere) Nach.3.10. apud Ionath. (in alia coniug.)*

Imò Ierosolymitana dialectus ea in numeris vtitur, dum pro אֶפְקֹד *dicit* נִפְקֹד*: atque id vulgò in alijs linguis fit, vt quis de seipso pluraliter loquatur.*

Quinetiam Syri & Talmudici, cæterique posteriorum temporum Aramæi vulgò enallagen committunt in literis י *&* נ*, ita vt omnes illas personas forment per Nun, quæ per Iod analogicè formandæ essent. Nam pro* יִפְקְדוּן*, dicunt* נִפְקְדוּן*, &c. Horum exempla paßim occurrunt in paraphr. in Prouerbia, vbique verò in Nouo testamento Syrè conscripto: quod fortaßis eò confidentiùs factum est, quòd figura vtriusque literæ simillima sit, non solùm Syris, sed & Rabbinicè scribentibus. Hinc dicitur in illo prouerbio Talmudico,* כַּפָּא דְחָק נַגָּרָא בְּגַוֵּיהּ נִשְׁדֵּף חַרְדְּלָא *Cochlear quod exculpsit artifex, in medio eius vrit [vel os suũ, vel linguam eius, eiúsque fauces] sinapi, id est, per sinapi, vt explicant Hebræorum*

bræorum doctores. Vide Kimchí initio Abdiæ. Simplicior erit expositio, Quod ad cochlear attinet, quod exculpsit artifex, in eius medio vrit sinapi [ipsum artificẽ.] vrere autẽ est, admodũ pũgere, ita vt cutis etiam auellatur: vt solent quæ sunt nimis acria, piquer *vernaculè dicitur. quòd verò illud ibi significat* נִשְׂרַךְ*, omnino est pro* יִשָׂרֵךְ.

Hebraicè euenit vt in voce quadam anomala, Nun indicet tertiam personam, at non ex futuro sumptum illud volunt Hebræi, sed ex præterito Nifhál, quod compositum sit cum futuro. Illud est Iechez. 9. 8. וְנֶאֱשָׁאַר *i. & remansit [aliquis] ego [solus scilicet, & nemo præter me.]*

CAPVT III.

De Paßiua superioris coniugationis.

DVplex est paßiua actiuæ superioris, prior Babyloniorum propria, & quæ successisse videtur in locum Nifhál, Hebræorum etiam propriį: nisi quòd à quibusdam citatur ex Ion. in Maleach. 2. 10. נִשְׁקַר *perfidiosè fertur: sed æquè potest quadrare futuro tempori (vt & verbum Hebraicum) atque præterito paßiuo, vt sit sensus, Mentiemur, & perfidè nos geremus, vt exponit vulgus Hebræorum: vel eo maximè nomine, quòd verbum neutrum sit, tum etiam quòd eodem versu est* אֲבוֹתֵינוּ *maiorum nostrorum.*

Prior Paßiua quæ vocari potest Pehíl.

פְּקִיד· פְּקִידְתְּ פְּקִידוּ פְּקִידְתוּן
פְּקִידַת פְּקִידְנָא
פְּקִידַת פְּקִידְתְּ פְּקִידָא פְּקִידְתֵּן

Quanuis hæc coniugatio locum Nifhál Hebraici, Babylonicè subierit, non tamen illi vsquequaque respondet. Nam solum præteritum agnoscit, assumpta prima voce Pahúl superioris actiuæ, variata per personas, genera & numeros, cum י *expresso:*

dicalis in Scheuá, Scheuá verò tertiæ in Seghól, in quo י aliunde adſcitum, quieſcat, וְתִנְבָּהֶינָה & eleuatæ ſunt, Iechez. 16.50. pro וְתִגְבַּהְנָה. In tribus vocibus loco ה eſt י, cùm ex Chaldæorum vſu, tum etiam ex commixtione generis, vnde & à priſcis Hebræis androgynæ ſeu hermaphroditæ dicuntur, יַעֲמֹדְנָה ſtabunt, Dan. 8.22. duæ aliæ ſuo loco notabuntur.

CAPVT III.

De coniugatione Nifhál.

Præteritum.

M.	נִפְקַד	נִפְקַדְתָּ			נִפְקַדְתֶּם	
C.			נִפְקַדְתִּי	נִפְקְדוּ		נִפְקַדְנוּ
F.	נִפְקְדָה	נִפְקַדְתְּ			נִפְקַדְתֶּן	

COniugationis primæ poſterior formatio, dicitur נִפְעַל, à vulgato inter priſcos Grammaticos paradigmate פָּעַל, quod hîc in prima præteriti voce facit נִפְעַל. Sic ab eo denominantur & ſequentes cõiugationes in omnibus ordinibus. Vide Pahúl ſuperioris coniugationis. Huius coniugationis verba propriè ſunt patientia, ita vt rarò perſona agens exprimatur: vnde, vt & Latinè, hîc aliquando ex patientibus iſtiuſmodi, ſicut & ex aliis aliarum coniugationũ, ſumũtur imperſonalia, יֵאָמֵר dicetur, *on dira*, Hoſch. 1.10. Hinc etiam fit vt hîc crebra ſint reciproca, eiuſdem ſcilicet ſignificationis cum quarta coniugatione, in qua idem eſt qui agit & qui patitur, vt נִשְׁמַר cuſtodiuit ſe [cauit ſibi,] 2. Schem. 20.10, Gallicè, *il s'eſt gardé, il s'eſt donné (ou pris) garde*, Græcè, ἐφύλακται. Continet etiam agentia, נִשְׁבַּע iurauit, Gen. 24.7. cuiuſmodi verba, Deponẽtia ſeu potiùs Spoliata dici poſſunt. Hîc quoque verba vim habent Frequẽtationis, vt נִדְבַּר Frequenter loquutus eſt, dictitauit: vnde נִדְבְּרוּ dictitarunt, Maleach. 3.16. Porrò Nifhál non ſemper

ſigni-

vt sic differat à posteriore forma secundæ formationis radicum, in præterito Kal, quæ regulariter inflectitur sine י expresso. siquidem vix alterum inuenias cum Iod expresso præter עֲשִׁית cogitauit, Dan.5.3. Ex his efficitur vt à solis actiuis manet, & passiuè solùm non etiam absolutè, aut reciprocè, exponenda sit, ita tamen vt non designetur agens.

Cæterùm Babyloniorum propriam diximus, quòd Danieli & Hezræ familiarissima sit, non etiam ipsis paraphrastis, nisi quòd Ionathán semel eam vsurpasse dicitur, Hosch.8.6. גְּבִי exigendo collectus est: sed excipere aliquis possit ex pronomine הוא Ipse, quod proximè subsequitur, videri Pahúl, imò & posse retineri vsitatam lectionem, גַּבֵּי Apud, quum subsequatur, אוּמָן הוּא, עֲבָדֵהּ, quasi sit genuina eius loci interpretatio, ipse (i. est) apud artificem, ipse fecit illum.

Posterior passiua quæ vocatur Ithpehál.

אִתְפְּקֵר. אִתְפְּקַרְתְּ   אִתְפְּקַרוּ אִתְפְּקַרְתּוּן

אֵת, *Syrè*, תְ, *aliàs*,   אִתְפְּקַרַת   אִתְפְּקַרְנָא

אִתְפְּקֶרֶת. אִתְפְּקַרְתְּ   פַּ .*Syr*   אִתְפְּקַרָא אִתְפְּקַרְתֵּן קַרַן .*Syr*

פִּ .*Syr*   תִי .*Syr*   רִי, *vel* קַרִי .*Syr*

&c.

Posterior ista passiuæ coniugationis formatio, fit à radice cuiusuis terminationis (excepta postrema) hîc eodem modo varianda, adhibitis duntaxat literis את, quas Chaldæi promiscuè pronuntiant אֵת & אִת, Syri verò semper אֶת. Atque hæ assumptæ dici possunt ab Hebraico Hithpahél, *nisi quòd pro Heb. ה est א Aramæum, vt euenit in Hebraicis, אֶתְחַבַּר fœdere coniunxit se, 2. Paral.20.35. & אֶשְׁתּוֹלְלוּ spoliati sunt, Psal.76.6. in quibus etiam est Seghól: quod Chaldæi in imperatiuo quidem semper vsurpant, sed in præterito semel atque iterum apud Danielem inuenias, vt אֶתְכְּרִיַּת decurtatus est, Daniel.7.15. & 8. אֶתְעֲקַרָא euulsa sunt. illud quidem est ex quiescentibus Lámed, hoc autem ex perfectis: sed eadem est vbique ratio. Syri hîc vt in*

ſignificationem ſumit à Kal, quum ſit ſæpe abſolutum, ſed nonnunquam à verbis agentibus ſecundæ coniugationis, vt נֶהֱלַךְ Ambulare factus eſt, ab הִלֵּךְ Ambulare fecit: nonnũquam etiam ab agentibus tertiæ coniugationis, vt נִקְרַב, id eſt, Admotus fuit, ab הִקְרִיב Admouit. Atque hinc fit vt quædam verba nunquam vſitata in Kal, hîc ita vſitata eſſe incipiant, vt eorum ſignificatio prorſus congruat cum ea quam habet genuina paſsiua ipſius Hifhil. Eiuſcemodi eſt נִשְׁקָה Potare factus eſt, rigatus eſt, aquis immerſus eſt, ab הִשְׁקָה Potauit, rigauit: ex comm. Kimchí ad Ham. 8. 8.

נִפְקַד. Themati præfigitur נ characteriſtica coniugationis, quæ afficitur vel Chirek paruo, ſequente Scheuá muto, vt in paradigmate: vel Seghól aut Patháck, ſequẽte puncto rapto, vel gutturali (quemadmodum de כָּלֵב & אֵיתָן antè præcepimus:) נֶאֱסַף collectus eſt, Ieſchah. 57. 1. נֶעְדַּר־ defuit, 1. Schem. 30. 19. וְנַהֲפוֹךְ etiam conuerſum eſt, Eſter. 9. 1. וְנֶעְתּוֹר & exorabilis fuit, 1. Paral. 5. 20. Ac Kaméts thematis, (quò ſeruetur æqualitas ſyllabarũ quoad fieri poteſt) mutatur in Scheuá. Cæterùm Patháck in maiore pauſa, vt in Kal, hîc quoque in Kaméts vertitur per totum præteritum. imò & in tertiis reſtituto accentu priſtinæ ſedi, ita vocalis priſtina Patháck reſtituitur, vt mutetur in Kaméts, נֶחְפָּזוּ abripuerunt ſeſe, Pſalm. 48. 6. & 34. 21, נִשְׁבָּרָה contritum fuit. Quædam ex tertia forma retinent Chólem in vltima, vt illud וְנַהֲפוֹךְ etiam conuerſum eſt: quanuis in ea vſitata non ſint in Kal. Accentus vltimam occupat. Formatio reliquarum vocum & proſodiæ ratio ex præterito Kal petenda eſt: eadem enim eſt in omnibus coniugationibus. Vnde ſi tertia radicalis fuerit gutturalis, ad ſecundã ſingul. fœm. pro priore Scheuá habebit ־, vt נִשְׁכַּחַתְּ obliuioni tradita fuiſti, ת verò notã ſecũdæ perſonæ cũ Daghés & Scheuá: vt ſit diſcriminis ſignum inter ſecundã perſonam & tertiam: in qua nonnũquam hîc vt in Kal, ה mutatur in ת abſque Daghés & Scheuá, וְנִשְׁכַּחַת & obliuioni tradetur, Ieſch. 23. 15.

coniugatione Kal, lubentissimè amplectuntur terminationem in Tserí.

Insuper vt Hebræi grammatici Tau posteriorem characteristicam inseri tradunt literis radicalibus, si prima sit שׂס*, imò & vnà mutari in Teth, vbi prima est* צ*, & si Záin, in* ד*, ita & hîc obseruāda illa aiūt Chaldæi. At hoc postremo casu Babylonij Tau in prima omnino videntur per Daghés absorbere soliti, ex scriptione illius* הִזְּמִנְתּוּן *comparastis vos, Daniel. 2. 9. vt veteres Hebræos factitasse apparet, ex illo* הִזַּכּוּ *purificate vos, Ieschah. 1. 16. Posterioribus verò Aramæis maximè conuenit cum Hebræorum Grammaticorū regulis, vnde illa in Talmud,* נִזְדַּמַּן *Opportunè contigit,* נִזְדַּכֵּךְ *Iustificatus est, composito Nifhál cum Hithpahél, vt fit in illo merè Hebræo,* נִשְׁתָּוָה *exæquatur, Prouer. 27. 15. Unde eos sequuti Masoritæ reponendum censuerunt* הִזְדְּמִנְתּוּן*. fortasse eo consilio vt occurrerent errori qui etiam tandem inualuit, vt scilicet putaretur & legeretur, vt* Hifhíl *Hebr. Et certè Chaldaicè etiam aliàs, vt Hebraicè, absorbetur Tau per Daghés in simili Tau, & affinibus* רט*, imò & in alijs multis, Ierosolymitanè maximè & Talmudicè, vt in* אִכְּתֵב *pro* אִתְכְּתֵב *Scriptus est. Atque hinc illud Marci 7. 34.* אֶפַּתַּח *aperire (exoluere, expedire:) generale enim videtur ad omnia impedimenta, vnde fit vt aliquando vsurpetur, vbi significandus est ille qui opponitur ei qui captus est oculis. sed non illo loco: nam ibi agitur de muto & balbo. At verò hanc compensationem Marcus optimè expressit in Ephphatha, si credamus* Hieronymo *in* 11. *Danielis, qui vult Pe in Hebræo sermone, aut etiam Syriaco vsque ad posteriora tempora auditum non fuisse, sed semper Phe, quæ pronuntiatio Syris & Arabibus hodie vsitata est. Vide pag. 5. Scheuá verò mobile aliàs ab Apostolis vertitur in α, vt in γαϐϐαθᾶ,* גַּבְּתָא*, &* שְׁבַקְתַּנִי*, quod habent Euangelistæ Sabachthani: fortasse quòd Scheuá pronuntiandum tunc reboaret ad omnium sequentium consonantium vocalem.*

Porrò Syri non ita Tau characteristicum coniugationis ab-

Benoní.

נִפְקָד	נִפְקָדִים
נִפְקָדָה vel נִפְקֶדֶת	נִפְקָדוֹת

Prima vox puncto Kaméts distinguitur à prima voce præteriti extra pausam: sequente tamen genitiuo, ־ inmutatur, ac tum constructio discriminat Benoní à præterito, נִלְעַג subsannabilis linguæ (seu linguâ) Iesch.33.19. Quæ Cholé habent in præterito, hîc illud seruant immutatum, vt נַחְתּוֹם obsignatum, Ester 8. 8. Accidit & huic participio paragoge י, vt נֶאְדָּרִי inclytam se ostendit, Exod.15.6. De accentu dictum est in Benoní Kal.

2,3,& 5, retinent Kaméts, sicut & nomina quæ in eandem vocalem desinunt: nisi construantur cum genitiuo, vt נִפְקְדֵי visitati, &c. נִפְקָדָה solo accentus situ distinguitur à tertia fœm. præt.

נִפְקֶדֶת: aut cum duplici Patháh, ob tertiam gutturalem, vt נִלְקַחַת capta, quemadmodum & quibus legibus, in Kal explicatum est. Denique istius participij significatio à significatione Pahúl superioris coniugationis hoc differt, quòd illud perfectam significet passionem, & quæ adhuc duret, istud verò præsentem & durantem, sed non perfectam.

Infinitiuus.

הִפָּקֵד

Regularis formatio infinitiui retinet נ characteristicam, quæ in paucissimis tamen remansit, vt נִשְׁלוֹחַ mittendo, Ester 3. 13. נִשְׁאוֹל Petendo, 1.Schem. 20.28. נִלְחוֹם pugnando, Iud.11.25. In aliis loco נ imprimitur Daghés forte primæ radicali, præcedente ה, vel eius loco (si alterum præcedat ה) א cum Chirék: alioqui Daghés in litera initiali tantummodo lene esset, nec literam absentem supplere posset: הִנָּתֵן

traden-

ſorbere ſolēt, vt Rom.9.32. אִתְתְּקִלוּ *impegerunt: & Lucæ 6.48.* אִתְטְרִי *illiſus eſt (cū impetu irruit, in Ithpahél.) Quinimo aliquando ingeminãt, vt videbimus in quieſcentibus* פ *&* ע. *Eos aliquando ſequuti videntur poſteriores Aramæi, vt in paraphr. Prouer. 14.28.* מִתְחַבַּר *confringitur. Syri etiam ſub prima radicali loco Chaldaici Chirék & ſui Tſerí reponunt Pathách, vt Act. 10. 16.* אתרַבְּרֵת *memini: & Ioann.9.32.* אִשְׁתַּמְעַת *auditū eſt: niſi malimus iſta eſſe Ithpahél.*

Poſtremò huius coniugationis ſignificatio eadem omnino eſt quæ Hebraici Nifhál, paſsiua propriè, aliquando etiam reciproca, & abſoluta: eámque aliquando accipit à Pahél & Afhél, vbi Kal abſolutū eſt. aliquando etiam imperſonalis, vt אִתְפְּסַח *amputatum eſt, Rom.11.17. & 1.Cor.10.11.* ואִתְכְּתַב *& ſcriptum eſt: niſi quis excipiat illis locis admitti conſtructionem illam Hebraicam, qua fit vt pluralia ſingularibus adiuncta, per diſtributionem exponantur.*

Benoní.

מִתְפְּקֵד מִתְפַּקְדִין מִתְפַּקְדָא מִתְפַּקְדָן

Syr. מַ, *&c.*

Benoní eandem habet characterıcam ſyllabam, & eodem modo conflatam quo in Hithpahél *Hebræorum, niſi quòd aliquãdo ſolas præteriti characteriſticas habet* אִתְפְּקֵר, *ſed illud rariſſimum eſt. Syri ſub* מ *de more pro Chirék vſurpant ſuū Tſerí.*

Infinitum.

אִתְפַּקְּדָא בְּאִתְפַּקְּדָא כְּאִתְפַּקְּדָא לְאִתְפַּקְּדָא מִלְּאִתְפַּקְּדָא

Chaldaicè ita deformatur à præterito, vt ad calcem aſciſcat Aleph formatiuum, quod abÿcitur aliquãdo in אִתְפְּרַע *Vlciſci, &* אִתְכְּפַר *Expiari, quaſi nimio vſu detritus fuerit etiam ipſe apex. Illud enim ita*

Sine Daghés in ל, *ne creſcat numerus conſonãtium, quanuis etiam eſſe poſſit cum Daghés,* מִלּ.

tradendo, Iirme.38.3. הִדָּרֵשׁ inquirendóne, Iech. 14.3. cōpensatúrque Daghés, producto Chirék in Tserí, vt הֵאָכֹל comedendo, Leuit.7.18. Vltima est cum Chólem, vt in superioribus exemplis: frequentiùs tamen notatur Tserí, vt in paradigmate: ac subiicitur Pathách impropria vocalis sub tertia radicali ה, ח, & ע, vt הִפָּתֵחַ aperiri, Ieschah. 51. 14. ita vt aliquando etiam crasis admittatur Tserí & Pathách in solum Pathách, 1. Schem. 4.21. אֶל־הִלָּקַח ad captam Arcā. Abiecto autem accentu per Makkáph, vel retracto ob cōcursum alterius accentus, aut etiam ob Vau conuertens, decrescit Tserí in Seghól, aut in Pathách loco Seghól, tam hîc quàm in imperatiuo & futuro, vbi frequētiora sunt huius regulæ exempla. Perpetuus enim est canon, syllabā proprio accentu spoliatam, migrare in breuiorem, vel certè minùs latam. vide infrà ad imperatiuum Kal, deficientiū פ׳.

Gerundia.

בְּהִפָּקֵד כְּהִפָּקֵד לְהִפָּקֵד מֵהִפָּקֵד

Amissa in tribus prioribus gerundiis ה infiniti characteristica, transfertur eius punctum siue Chirék siue Tserí, ad בכל: quæ ad gerundiorum formationem superinductæ, facilè ה amissæ indicium sustinere possunt, ובכשלו & cùm impingendo corruerit, Prou.24.17. post מ verò, perpetuò seruatur ה, quòd Daghés aut eius supplementum Tserí, non possit simul supplere duas literas, Nun scilicet characteristicam, & Nun Præpositionis מִן à, abiectū. Porrò si prima fuerit gutturalis, accidit nonnunquam vt Tserí in Seghól ad euphoniam mutetur, vt בְּהֵרָג quum occisa fuerit, Iech.26.15. בְּעָטֵף quū linqueretur animo, Thren. 2.11.

Imperatiuus.

הִפָּקֵד הִפָּקְדוּ· הִפָּקְדִי הִפָּקַדְנָה

Imperatiuus regulariter retineret נ characteristicam,

vt נִקָּבְצוּ congregate vos, Ioel 3.16. sed vsitatius est ה sequête Daghés loco נ: ne commisceatur imperatiuus cum præterito plurali, tertiæ personæ. Cæterùm hæc coniugatio imperatiuũ nõ habet, quatenus passiua est, sicut nec Puhál, nec Hofhál, quia patienti, propriè non imperamus: sed tantùm quatenus actiua est, vel reciproca, vt הִשָּׁמֶר לְךָ Caue tibi, Genes.24.6. Puncta & accentum infinitiui retinet, vt in Kal.

הִפָּקֵדוּ הִפָּקֵדִי Hæ duæ voces in accentu maiore retinent Tserí, vt הִפָּקֵדוּ הִפָּקֵדִי: aliàs descendente accentu, illud mutant in Scheuà lectum, vt in paradigmate.

Futurum.

תִּפָּקְדוּ	יִפָּקְדוּ		תִּפָּקֵד	יִפָּקֵד	M.
		נִפָּקֵד		אֶפָּקֵד	C.
תִּפָּקַדְנָה			תִּפָּקְדִי	תִּפָּקֵד	F.

ita legitur sine א, *Hósch.5.13. vbi 10. 4. exprimitur. In posteriore Targhúm libri Ester cap.1. inuenitur* לְמִתְנַכְסָא *ad mactandum (passiuè .i. vt mactetur) quasi formatio adiecta fuerit ad Benoní non ad præteritũ, nisi fortè dicamus formã hanc ex infinito Kal defluxisse. siquidem & Syri ita omnia sua infinita deformant per* מ *vt hic,* כְּתִפָּקְדוּ, *& in Cerundio,* לְמִתְפַּקְדוּ.

Imperatiuus.

Syr. קְרִין אֶתְפַּקְדְנָא אֶתְפַּקְדִי אֶתְפַּקְדוּ אֶתְפְּקֵד

א *prior ex characteristicis coniugationis in imperatiuo videtur propriè & perpetuò afficiendum Seghól, in præterito verò Chirék, vt suprà notauimus in præteritum.*

Deinceps nõ monebimus Syros pro דְנָא *vltimæ vocis habere* דֵין.

Futurum. *Syr.* נֵ, *&c.*

תִּתְפַּקְדוּן	יִתְפַּקְדוּן		תִּתְפְּקֵד	יִתְפְּקֵד	*Syr.* א
		Syr. נֵ נִתְפְּקֵד		*Syr.* דִי	אֶתְפְּקֵד
תִּתְפַּקְדָן	יִתְפַּקְדָן		תִּתְפַּקְדִין	תִּתְפְּקֵד	

Literæ אֵיתָן idē habent punctū cum ה infinitiui & imperatiui, vnde futurū deformatur: aut idem etiā cum כַּלֵּב, atque eadē de causa, excidente sc. ה. vt תֵאָכֵל comedetur, Leuit. 11. 47. Hoc duntaxat interest quòd ה semper hîc expūgendum sit. Reliquum futurum imperatiuo simile est (vt in Kal docuimus) imò & infinito, vt & suprà notatum est. Recipit insuper futurum paragogen ה, vt אִמָּלְטָה euadam, Genes. 19. 20. mutato Tserí in Scheuá vocale, aut punctum raptum sub gutturali, accentu descendente: alioqui seruatur Tserí, vt in maiore pausa, אִכָּבְדָה glorificabor, 2. Schem. 6. 22. Recipit item iisdem legibus paragogen ן in 5, 6, & 8, voce, vt יִכָּרֵתוּן excidentur, Psal. 37. 9, &c. Vltima verò futuri in accentu maiore, mutat Tserí in Pathách latiorem vocalem, vt תִּפָּתַחְנָה aperientur, Ieschah. 35. 5. sicut & singulari numero, וַיִּגָּמַל ablactatus est, Genes. 21. 8. quorum verò in singulari vltima erat Pathách, hoc in pausa mutant in Kaméts etiam in vtroque numero, vt תִזָּכָר [quod] masculum erit, Exod. 34. 19. At תֵּאָמַנָּה educabuntur, Iesch. 60. 4. non solùm mutat Tserí in Pathách, sed & est cum defectu Daghés in Nun, adiiciendi alioqui ad indicandam Nun tertiam radicalem deficientem. Vide infrà in compositis ex quiescentibus Pe Aleph & Lamed Nun.

CAPVT IIII.

De coniugatione Pihél, & eius passiua Puhál.

Pihél.

Præteritum.

פִּקַּדְתֶּם		פִּקַּדְתָּ	פִּקֵּד	M.
פִּקַּדְנוּ	פִּקְּדוּ	פִּקַּדְתִּי		C.
פִּקַּדְתֶּן		פִּקַּדְתְּ	פִּקְּדָה	F.

QVemadmodum superioris coniugationis posterior formatio denominata est à פָּעַל, ita & hæc quæ secunda est Actiua, & sequentes omnes ab eodem verbo vocantur,

Usitata quidem est terminatio in Pathách, sed & aliquando, præsertim apud Syros, inuenitur in Tserí, aliquando etiam in Chirék, ex diuersis formis ipsius præteriti.

Rarissimum est quod nonnulli notant, tertiam singul. mascul. aliquando formari per Aleph loco י *, ita vt dicatur* Hamos 9.1. אִיתְקְטֵל *pro* יִתְקְטֵל *interficietur: sed videri posset Aleph ex superiore voce assumptum, adiunctúmque isti, quæ per Iod solum cum quo scribitur, legẽda est: quam lectionem etiam sequuntur quædam exemplaria. Illud idem dici possit de* אִתְרְטַשׁ *allidetur,* Hosch. *cap. 4.14, in Ithpahél. Nam & Kimchí legit* יִתְרְטַשׁ. אִיתְגְּלֵי *reuelabitur, Nachúm 1.6. posteriore loco, videtur instar superioris scriptum, vel potiùs ab isto ad illud Aleph transcriptũ fuisse ab his qui tam oscitanter, ne dicam ignorãter, puncta Chaldaica, vt vulgò legimus, descripserunt. Cæterùm vicissitudo Aleph pro* י *in futuro niti etiam ea ratione videtur, quòd Iod affectum Chirék, &* א *initio dictionis, à quibusdam eodem modo proferantur, qui pro* יִפַּקֵּר *,* אִפַּקֵּר *&, legunt* Ippakéd, *quum tamen hoc propriè* Iippakéd, *sed leniter ex palato, pronuntiandum sit.*

Non videtur repetendum deinceps Syros semper in futuris pro Chirék Chaldaico sub suis אִתָן *habere suum Tserí, & ad tertiam fœm. sing. adijcere Chirék longum.*

CAPVT IIII.

De coniugatione Pahél, & eius passiua Ithpahél.

Pahél.

Præteritum.

	פַּקֵּרְתּוּן	פַּקִּרוּ		פַּקֶּרְתָּ פַּקֵּר.
פַּקֶּרְנָא			פַּקְּרַה	*al.* תְ
Syr. דַן	פַּקַּרְתֵּן	פַּקַּרָא		פַּקֶּרְתְּ פַּקְּרַת.
		Syr. רִי, *vel* רִי		*Syr.* תִי

&c.

vocantur,ſicut priùs dictum eſt. Nota eius characteriſtica eſt Daghés forte in ſecunda radicali, quod adhibetur vel ad intendendam thematis ſignificationem, vel ad inuertendam. Itaque Kaméts primæ radicalis ipſius thematis, decreſcit in Chirék breue: quia longa vocalis ſine accentu,qui hîc ad primam collocari non ſolet, non cõſiſtit ante Daghés. Quòd ſi media fuerit ex אֶהֱחֶעֶר,compenſari ſolet Daghés productione Chirék in Tſeri ſub prima: plerũque tamen prorſus abſorbetur ab א,ה,ח, & ע, vt נִאֵץ Cõtemptim laceſsiuit,מִהֵר Feſtinauit, נִחַם Conſolatus eſt, בִעֵר Depaſtus eſt. הֵתֵל Illuſit,contrà,quãuis media non ſit gutturalis, compenſat Daghés ſub prima ad dilatandam eius pronuntiationem. Accidit etiam,vt Daghés ex media notata Scheuá perſæpe,& nonnunquam etiam aliàs excidat, tam hîc quàm in paſsiua coniugatione:ac tum ſola puncta vocalia coniugationem deſignant. Quod attinet ad vltimam,ferè ſemper ſcribitur cum Tſerí, ſubſequente etiam Pathách impropria vocali, quum tertia eſt ח, vel ע, vel ה Mappík,præſertim ad maiorem accentum,פִּתֵּחַ ſoluit,Ijób 12.18.aut cum ſolo Pathách pro vtroque puncto, פִּתַּח aperuit ſe,Cant.7.12.quomodo etiam ſcribitur, ſi tertia fuerit ר,vt שִׁבַּר perfregit, Thren.2.9. aut media gutturalis, vt נִחַם conſolatus eſt, Ieſch.49.13. וְלִהַט & inflammabit, Maleach. 4.1.& in quibuſdam aliis prætereа,vt אִבַּד perdidit, Thren. 2.9. לִמַּד Docuit, מִלַּט Eripuit. Tria ſunt cum Seghól loco Tſerí,præterquam in maiore pauſa vbi habent Tſerí, דִּבֶּר Loquutus eſt,כִּבֶּס Lauit,כִּפֶּר Expiauit: ſicut & omnia alia, ſequente Makkáph, ídque per totam coniugationem,vt בִּקֶּשׁ־לֵץ quærit irriſor, Prouerb.14.6. Formationes & accidentia reliquarum vocum tam huius præteriti quàm aliorum omnium in quouis ordine,explicata ſunt in Kal.

Penultima igitur & vltima, præterquam in prima voce, eædem ſunt quæ in ſuperioribus coniugationibus, tam in

punctis

punctis vocalibus, quàm in accentu: prima autem radicalis scribitur etiam cum Seghól, sequente Chatéph-seghól subiecto gutturali loco Scheuá simplicis, vt אֶחֱרוּ tardarũt, Iud. 5.27. יֶחֱמַתְנִי calefecit me, Psal.51.8. Secundæ personæ plurales, Tserí in locum Daghés suffectum, retinent immutatum, quòd sit coniugationis tanquam symbolum, vt בֵּרַכְתֶּם בֵּרַכְתֶּן Beastis. Tertia fœm. singul. in Zakeph-katón reperitur cum ־ loco Tserí, fortasse à Pathách in prima voce, קִבָּצָה congregauit, Mich.1.7. quod alij minùs rectè ad Puhál referunt, ac si esset Chirék loco Kibbúts. Deniq; hæc coniugatio sæpius est transitiuorum verborum, aliquando tamen & intransitiuorũ, vt ex superioribus exemplis constat.

Hæc coniugatio Aramæis dicenda est Pahél, vt Hebræis Pihél. Nam hîc Aramæi, vt mutationem illam Chirék Hebraici in præterito, in Pathách aliorum temporum missam faciant, sub prima radicali cùm per totam actiuam, tum per passiuam vocem retinent Pathách, sequente etiam Daghés in media, iisdem prorsus conditionibus quibus Hebraicé. Nam sequẽtibus gutturalibus & Resch, Chaldaicè non certè Syrè, compensatur per Kaméts, aliquando etiam ab illis absorbetur, בָּרֵךְ *Benedixit,* בָּהֵל *Perturbauit. Imò & ex literis scheuatis aliquando excidit, Dan.7.10.* יְשַׁמְשׁוּנֵהּ *ministrabant illi.*

Vltima vt Hebraicè desinit ferè in Tserí, non item in Seghól, sed illius loco in Chirék. Nam Tserí & Chirék hîc eodem modo, & ibidem, atque iisdem casibus inuicem permutanda sunt, atque in Kal. quinimo perpetuum est in prima sing. & tertia singulari fœmin. Tserí quòd Syrè retinetur, Chaldaicè mutari vel in Scheuá, vel in Chirék breue: ita vt æquè dicere possimus פַּקְּדַת *&* פַּקְדַת *(quæ sæpe occurrunt apud paraphrastas Chaldæos & Syros) atque dicit Daniel 4.34.* שַׁבְּחֵת *laudaui, &* הַדְּרֵת *honoraui. Hîc autem ante gutturales & Resch semper est Pa-*

Benoní.

מְפַקֵּר	מְפַקְּרִים
מְפַקְּרָה vel מְפַקֶּרֶת	מְפַקְּרוֹת

Vtrunque Participium aſciſcit מ. Ac ſicut in præterito Chirék ſub prima mutatur in Tſerí, quādo media reſpuit Daghés: ita hîc, in infinitiuo, imperatiuo & futuro, Pathách producitur in Kaméts, in compenſationem Daghés: niſi (vt in præterito attigimus) abſorbeatur à gutturali. Vltima ſyllaba hîc, vt in præteriti prima voce, ſæpius eſt cum Tſerí, quod etiam ob abiectum accentum aliquandō mutatur in Seghól: aliquando verò eſt cum Tſerí & Pathách impropria vocali ſub gutturali, prorſus vt in præterito: niſi quòd hîc nunquam eſt ſolum Pathách.

מְפַקְּרָה In pauſa ſeruatur Tſerí, מְרַקֵּדָה ſaltantis, Nach.3.2. Et nonnunquam etiam extra pauſam, מְשַׁכֵּלָה abortiens, Exodi 23.26.

Pahúl.

מְפֻקָּר מְפֻקָּרִים מְפֻקָּרָה vel מְפֻקֶּרֶת מְפֻקָּרוֹת

Pro Kibbúts ſub prima inuenitur etiam Kamets-chatúph: quòd hæc pūcta ſint commutabilia, vt מְאָדָּם rubro tinctus, Nach.2.3. Producitur autem, ſiue Kibbúts, ſiue Kamets-chatúph in Chólem, vbi cōpenſandum eſt Daghés, vt מְבֹורָךְ benedictus, Pſal.113.2. Fœmininum cum Tau, hîc eaſdem admittit leges, quas in participiis ſuperiorum cōiugationum, tum ob gutturales, tum ob maiorem accentum, מְסֻתֶּרֶת abſcondita, Prouerb.27.5.

Infinitiuus.

פַּקֵּר

Infinitiui forma eadem cum Benoní, ſublata modò litera מ, quæ illi præfixa videtur & ad formationem, & ad diſtinct-

thách, vt Hebraicè aliquando, eodem modo retinendum & variandum quo in Kal, si modò excipias infinitum. Vide secũdas singulares, & tertiam fœm. præteriti Kal.

Significatio eadem Aramicè quæ Hebraicé. Nam זְבַן *Emere, hîc in Pahél* זַבֵּן *significat Vendere.*

Ioann. 11.3. וְשַׁדַּרִין *& miserunt, videtur habere* ן *paragogicũ, vel certè ex imperatiuo huc translatum.*

Benoní.

מְפַקַּר. מְפַקְּרִין מְפַקְּרָא מְפַקְּרָן

Literam characteristicam eandem in vtroque participio habent Aramæi quam Hebræi. nam quòd quidam legũt in Psal. 22.5. סַבְרִי. *sperant, correctiora exemplaria habent* סַבַּרוּ *sperarũt. Terminationes in prima voce hîc promiscuè illæ eædẽ sunt quæ in præterito: sed omnes mutandæ in Scheuá, vbi quid adycitur.*

Pahúl.

מְפַקַּר מְפַקְּרִין מְפַקְּרָא מְפַקְּרָן

Vt apparet ex מְכַפְּתִין *ligati, Dan.* 3.23. *& plur. fœm. emphatico,* וּמְסַתְּרָתָא *& abstrusissima, Dan.* 2.22, *Pahúl in hac coniugatione & sequenti differt à Benoní, sola prima voce, si vltima sit alia quàm* חִירֶק*: tũ enim per omnia inter se cõsentiũt (vt Luc.* 16.1. מְפַרַּח *dissipans, &* 1. *Tim.* 3.4. מְדַבַּר *gubernans) nisi quòd in Benoní Chirék scribendum designatur ante Resch in aliquibus codicibus, apud Ion. Hosch.* 6.9. מְסַבִּיר. *expectat, vbi vulgò legitur* מְסַבַּר. *Prorsus videtur mendosum Pahúl illud* מְרַחַק *pollutus, Maleach.* 1.17. *apud Ion. cùm eodẽ illo versu in eandẽ significationem scribatur* מְרַחַק.

Infinitum.

פַּקָּרָא בְּפַקָּרָא *&c.*

Infinitum hîc, vt in superioris coniugationis posteriore formatione, Chaldaicè characteristicam habet א *præcedẽte duplici Kaméts, ita vt videatur habere formam nominis Hebraici* בַּקָּשָׁה *Petitio, quæ forma à Pihél deflexa est, vt* הַשְׁמָעוּת *de quo suprà, ab Hifhil. Inde fit vt* א *mutetur in cõstructione genitiui & affixione*

S. j.

ſtinctionem: niſi quum retinet formam præteriti, vt נָאֵץ aſpernando, 2.Schem.12.14. vel vltimam infinitiui Kal, vt יַסּוֹר caſtigando, Pſal. 118. 17. (quod & quieſcentibus He accidit ſæpius, vt ſuo loco dicemus) vel vtrunque admittit, יִסּוֹר erudire, Iob 39.35. Vide & infrà in quieſcentibus Pe Iod, ad infinitum Kal, & Pihél, quò duæ poſteriores voces propriè pertinent. Recipit paragogen ה, vt זַמְּרָה, & ת loco ה, cum affixis, vt בְּצַדֶּקְתֵךְ quum iuſtificaueris tu, Iech.16.52. Et cū paragoge ן, אַבְּדָן, deperdito Daghés (quod poteſt & eſſe nomen) id eſt, interitus, Eſtér 9.5. Porrò Tſerí vltimæ hîc eodem modo variari poſsit, quo in Præterito.

Gerundia.

בְּפַקֵּר כְּפַקֵּר לְפַקֵּר מִפַּקֵּר

Prima radicalis reperitur cum Seghól loco Pathách, vt לְחֶנְנָהּ commiſerandi eam, Pſal.102.14. Secunda aliquando cū nudo Pathách, ídq; ex craſi, לְשַׁלַּח amādare, Exod.7.14.

Imperatiuus.

פַּקֵּר פַּקְּרוּ פַּקְּרִי פַּקֵּרְנָה

Imperatiuus ſequitur infinitiuum, tam in pūctis quàm in accentu: in paragoge etiam & Makkáph. Attamen formam præteriti non admittit, neque Chólem in vltima, quemadmodum infinitiuus. E diuerſo ſæpius, & in aliis dictionibus recipit Pathách in vltima, quàm infinitiuus, vt פַּלַּג diuide, Pſal.55.10. præſertim ſi tertia fuerit gutturalis aut Reſch, vt in Præterito dictum eſt, כַּתַּר corona [expecta,] Iiób 36.3. שַׂמַּח lætifica [exhilara,] Prouerb.27.10.

Futurum.

M. יְפַקֵּר תְּפַקֵּר יְפַקְּרוּ תְּפַקְּרוּ
C. אֲפַקֵּר נְפַקֵּר
F. תְּפַקֵּר תְּפַקְּרִי תְּפַקֵּרְנָה

Futu-

in Tau, vt & Hebraicè euenit in ה *paragogico, adiecto huic infinito, vt dictum est de* בְּצַדְּקָתָךְ*, de quo etiam suprá. Posteriores Chaldæi hîc etiam vt in superioris coniugationis posteriore passiuo asciscunt Mem, vt Iiób.4.2.* וְלְמַעְכָּבָא *& ad retardandum. Syri hoc perpetuum habent, sed loco Aleph habent* מְפַקְּרוּ, *vt. Hebr.cap.6.14.* דַמְבָרְכוּ *siquidem benedicendo : vbi obiter notabis Dáleth non solùm designare initium sermonis, vt ὅτι Græcum, sed etiam exprimere vocem affirmantem ἠμὴν Profectó.*

Imperatiuus.

*Dan.*4.11. בָּרְכוּ	–	בָּרֵךְ	פַּקְּדוּ	פַּקֵּד
בָּרֵכְנָא		בָּרֵכִי	פַּקֵּדְנָא	פַּקֵּדִי
Syr. דֵין			*Syr.* דֵין	

Hanc *formam vsurpant Aramæi dũtaxat in* חֲעֵרָה *vltimis radicalibus: sed Hebræi neque ad illas omnes, neque ad illas solas hac vtuntur.*

Futurum.

			Syr. נֵ, *&c.*	
תְּפַקְּדוּן	יְפַקְּדוּן	תְּפַקֵּד	יְפַקֵּד	
	Syr. נֵ נְפַקֵּד			אֲפַקֵּד
תְּפַקְּדָן	יְפַקְּדָן	תְּפַקְּדִין	תְּפַקֵּד	*Syr.* אֵ
			Syr. דִי	

Eodem modo flectendæ aliæ terminationes in Chirék, & in Pathách.

Syri hîc Scheuá compositum cum Pathách sub Aleph apud Chaldæos, exprimunt per suum Tserí, quasi velint esse Chateph-seghól, aut certè merũ Scheuá, vt Luc.9.61. אֲשַׁלֵם *rogẽ, sub. salutẽ. i. valedicã. vnde Act.20.24.* דַאֲשַׁלֵם *vt expleam. Sic Rom.1.15.* אֲסַבַר *euangelizem. & 15.9.* אֲזַמַר *canam.*

S.ij.

Futurum ab imperatiuo prorsus dependet. Cæterùm in vltima voce, Tserí in Pathách nonnunquam conuertit in maiore pausa (vt in Nifhál obseruatum est) etiam vltima non gutturali vel ר, vt תְּעַכַּסְנָה crepitacula resonare faciebant, Iésch.3.16. Et cū paragoge ה, nō solum ante ipsum ה admittit Kaméts sed & Seghól, יְדַשְּׁנֶה in cinerem vertat, Psal.20.4. imò & ad mediam rad. habet Camets-chatúph loco Scheuá, ex forma futuri Kal cum Chólem, אֲלַקֳּטָה colligam, Ruth 2.27. nisi dicamus esse punctum raptum sub ק media, ad euphoniam, vt in passiua voce, לֻקְחָה accepta est, Genes.2.23.

PVHAL.

Præteritum.

	פֻּקַּדְתֶּם			פֻּקַּדְתָּ	פֻּקַּד	M.
פֻּקַּדְנוּ		פֻּקְּדוּ	פֻּקַּדְתִּי			C.
	פֻּקַּדְתֶּן			פֻּקַּדְתְּ	פֻּקְּדָה	F.

Differt hæc coniugatio à sua actiua, solis vocalibus punctis: à Pahúl verò eiusdem coniugationis, partim literis, partim punctis: caret enim litera ם, scribitúrque cum Pathách in vltima. Cæterùm prima radicalis iisdem punctis notatur, quibus insigniri antè ostendimus. Nam aut possidet Kibbúts, vt in paradigmate, aut Kamets-chatúph, vt כָּרַּת resectus est, Iech.16.4. aut Chólem in compensationem Daghés, טֹרַף raptus est, Gen.37.33. Aliquando ad id admittit ו (vt in Benoni huius coniug.) imò & aliquando ipsi ו superinducit Daghés. Vide quiesc. Pe Iod, & & Lamed He. Quin etiam in hac coniugatione nō solùm Resch admittit Daghés, sed etiā א. Vide quiesc. ל'ה'. אֻמְלַל infirmatus est, Hosch.4.3. ad euphoniam, loco Daghés geminat tertiam radicalem. Porrò Pathách vltimæ in accentu maiore producitur in Kaméts, vt עֻזָּב derelicta est, Iesch.

Iesch.32.14. sicut etiam in 4, & 7 voce, vt חוֹרְבוּ exsiccatæ fuerunt, Iud.16.7. נִחָמָה consolatione affecta est, Iesch.54.11. atque tum fœm. præteritum distinguitur à tertia voce Benoní, vt in Nifhál, accentu reuocato ad penultimam.

In secundis pluralibus Chólem loco Daghés positum, manet inuariatum, vt Tserí in actiua, quia formam coniugationis indicat: cōflatum est enim ex Kibbúts & Daghés. Exemplo sint חוֹרַבְתֶּם חוֹרַבְתֶּן Exsiccati estis, &c.

Benoní.

מְפֻקָּד מְפֻקָּדִים מְפֻקָּדָה vel מְפֻקֶּדֶת מְפֻקָּדוֹת

Vltima cum Kaméts ad differētiam præteriti, vt in Nifhál. מוּעֶדֶת nutare factus, Prouerb. 25, 19. non solùm habet ּ pro ֻ in compensationem Daghés, sed & Kaméts ob maiorem accentum.

ITHPAHEL.

Præteritum.

אִתְפַּקַּר אִתְפַּקַּרְתָּ *al.* רְתְּ. אִתְפַּקְּרֵת *Syr.* א. &c.

*אִתְפַּקַּרוּ אִתְפַּקַּרְתּוּן אִתְפַּקְּרְנָא *Syr.* קְרֵן

אִתְפַּקְּרַת אִתְפַּקַּרְתְּ *Syr.* רְתִּי.

אִתְפַּקַּרָא *Syr.* דִּי, & דֵּי. &c. אִתְפַּקַּרְתֵּן

*Heb.11.3. אִתְתַּקַּנוּ *constructa sunt. & Act.cap.4.31.* אִתְכַּשַּׁפוּ *obsecrassent.*

Hæc vt posterior formatio passiua primæ actiuæ iisdem conditionibus assumit ad actiuam proximam; literas אִת *, vnde meliore de nota conferri possit cum Hebraico* Hithpahél. *Differunt autem quòd propriè vox hæc sit significationis passiuæ, impropriè verò reciprocæ, Hebraica contrà. Punctorum certè maxima est affinitas. nam quemadmodum Hebraicè, hîc in vltima syllaba est Pathách, etiam ante literam aliam vltimam, quam* חֵיר, *quod eodem modo variandum est, quo suprà in actiua: à*

Infinitiuus.

פָּקוֹד

Chólem deformat infinitiuum: neque hîc vsitata sunt Gerundia. Imperatiuo etiam caret, sicut Hoſhál: quia merè est paſsiua.

Futurum.

M.	יִפָּקֵד	תִּפָּקֵד		יִפָּקְדוּ	תִּפָּקְדוּ
C.	אֶפָּקֵד			נִפָּקֵד	
F.	תִּפָּקֵד	תִּפָּקְדִי		תִּפָּקַדְנָה	

Punctis & accentu conuenit cum præterito: producitúrque Pathách in Kaméts in accentu maiore, vt יְבֹרָךְ benedicetur, Psal. 112. 2. In תְּרָצְּחוּ trucidemini, Psal. 62. 4. sub Resch, Occidentales sequuti lectionem Rab. Aharonis Aseritæ scribũt Kamets-chatúph loco Kibbúts, remouéntq; Daghés ex litera notata Scheuá, quemadmodum in Pihél fusius declaratum est. Orientales verò sequuti lectionem Rab. Iahacobi Nephtalitæ scribũt Patháh, quasi sit ex Pihél, תְּרַצְּחוּ trucidabitis. At יְסֹעֵר quasi turbine propellitur, præter normam scribitur cum Tserí in vltima, Hosch. 13. 3. Porrò vnũ reperitur cum Vau & Méthegh, in quo ad ornatum dilatatur Scheuá sub litera futuri, וְתְבֻקְשִׁי, & quærêris, Iech. 26. 21.

CAPVT V.

De Hifhil, & eius paſsiua Hoſhál.

Hifhíl.

Præteritum.

M.	הִפְקִיד	הִפְקַדְתָּ			הִפְקַדְתֶּם	
C.			הִפְקַדְתִּי	הִפְקִידוּ		הִפְקַדְנוּ
F.	הִפְקִידָה	הִפְקַדְתְּ			הִפְקַדְתֶּן	

Tertia

quæ etiam teminationes alias assumit, eodem modo variandas: vnde illud הזדמנתון *(de quo suprà in Ithpehál) exactū fortasse ad illa Iechez. 38.23.* והתגדלתי והתקדשתי *& magnificabo me, atque sanctificabo.*

Benoní.

מתפקד. מתפקדין מתפקדא מתפקדן

Quæ notata sunt in Benoní Ithpehál, etiam in hoc conueniūt omnia, vnde est in Psalmum 78.63. אשתבחן *laudantur: Item, quæ in infinitum, imperatiuum, & futurum, tum Chaldaicè, tum Syré.*

Infinitum.

אתפקדא באתפקדא כאתפקדא לאתפקדא מלאתפקדא

מתפקדו למתפקדו *Syrè* — *vel,* מלאת

vt Lucæ 6.19. למתקרבו *ad tangendum, Call.* pour s'approcher.

Imperatiuus.

אתפקד אתפקדו אתפקדי אתפקדנא

Syre דין

Futurum. *Syr.* נ, *&c.*

יתפקד תתפקד יתפקדון תתפקדון

אתפקד *Syr.* נ. נתפקד

תתפקד תתפקדין יתפקדן תתפקדן

Sy. די.

CAPUT V.

De coniugatione Afhél, & eius paßiua Ofhál.

Afhél.

Præteritum.

אפקד אפקדת *אפקדו אפקדתון

al. ת. אפקדת אפקדנא

*אפקדת אפקדת אפקדא אפקדתן

Syr. תי *Syr.* די, *vel* די, *&c.*

**Luc.1.2.* אשלמו *tradiderunt.* **1.Tim.5.10.* ארוחת *refrigeravit.*

TErtia actiua Hifhíl à ſuperioribus differt ſignificatione, quòd propriè actiones deſignet, quæ alio impellente, alio verò agente fiunt, vt האכיל Fecit comedere. Duplex actio ſignificatur, nempe facere, & comedere: quarum prior tranſit in eum qui comedit: poſterior verò in cibum qui comeditur. vnde ſimul intelligitur quæ ſit ſignificatio paſsiuæ coniugationis. quaſi præcipua paſsio in re quæ patitur, conſideranda ſit, האכל Factus eſt edi, cibus videlicet, hoc eſt, cibus ille, illo iubente, hoc verò faciente comeſtus eſt: quanquam aliquando, ſed minùs ſæpe, etiam in ſecundo agente præcipuè reſidere videatur, vt, quam הראית videre factus es, Exodi cap. 26. 30, & Deuteronomij cap. 4. 35. Continet etiam ſimpliciter actiua quæ in Kal ſunt abſoluta, vt הקריב fecit appropinquare, id eſt, admouit, ſub. caſtra ſua, Exodi cap. 14. 10. quemadmodum & Pihél. Poſtremò pauca hîc ſunt abſoluta, vt השכים diluculo ſurrexit, 2. Schem. 15. 2. Formatur autem addita ה ante radicales, ſignata Chirék, ſequente Scheuá, vt in paradigmate: vel Seghól, vel Páthach, aut denique Tſerí, ſequente gutturali, vt העמיד conſtituit, 2. Paral. 19. 8. האזנת auribus auſcultaueris, Exod. 15. 26. העברת traieciſti, Iehoſch. 7. 7. הראה videre fecit, Gen. 41. 28. & הכלמנום ignominia affecimus eos, 1. Schem. 25. 7. Vltima thematis ſyllaba notatur Chirék longo, tanquam altero huius coniugationis, auctæque in ea ſignificationis ſymbolo: quod & aſciſcit Pathách imprõprĩam vocalem ſub ה, ח, & ע. ſeruatur verò Chirék illud tãtùm in tertiis perſonis, accentu eandem ſedem retinente, præterquam in paucis quibuſdam, quæ accentum deiiciunt: nam aliarum vocum penultima & vltima eadem eſt quæ in ſuperioribus coniugationibus, tam in punctis quàm in accentu.

Porrò loco ה characteriſtici huius coniugationis aſciſcitur א, vt אגאיל, vnde אגאלתי pollui, Ieſchah. 63. 3. & ת, vt

תרגול

תרגיל, à quo תרגלתי incedere aſſueſeci, Hoſch.11.3: quòd hæ literæ ſæpe commutari ſoleant. ac ה & א etiam ſimul (quod rariſsimum eſt) aſſumuntur, vt האזניחו abſcedere facient, Ieſcah.19.6: partim cum nota coniugationis Hebræa ה, partim Chaldæa א.

הפקרתי De Chirék in penultima loco Pathách, dictum eſt in præterito Kal: cuiuſmodi eſt in השאלתיהו tranſtuli (commodaui) eum, 1.Schemuel.cap.1.28. De החדלתי, infrà in Hoſhál.

HAEc coniugatio ad ſui formationem mutat de more Hebraicũ *ה in א, quod aliquando reperitur in* Hebræo *ſermone, Ieſchah.63,3.* אגאלתי *inquinaui: & Geneſ.41.43.* אברך *Genu flecte: etiam ſuperaddito* Hebraico *He, Ieſchah.19.6.* והאזניחו *& abſcedere facient. Hoc autem maximè differunt Aramæi ab Hebræis, quòd ſub ſuo Aleph characteriſtico, aut litera in eius locum ſuccedente, ſemper collocent Pathách maius, aut certè minus ad euphoniam, vt Daniel. cap.7.12.* העדיו *remouerunt. Vide quieſcentia Lámed infrá. Quinimo Syri ex hac analogia ita ſub Aleph verbi* אשכח *Inuenit, Potuit, cõtinuant ſuum Tſerí, vt aliæ literæ quæ eius abiectæ punctum recipiunt, illud idem etiam admittant, vt* משכח *Inueniens,* תשכח *Poteris. Vltima hîc eadem quæ in Pahél, & iiſdem mutationis legibus, etiam ante* חערה*, niſi fortè dicamus hîc in tertia plur. maſcul. affixa, eſſe Scheuá ſub media ob deſcendentem accentum, Daniel.cap.7.13.* הקרבוהי *adduxerunt eum: ſed & ea forma locum habere poßit, in Pahél ex analogia. Ex his verò habeto Danielem & Hezram Hebraicè ſcribentes, ſæpius pro Aleph huius coniugationis ſubſtituere He.*

Hoc etiam notandum eſt, inueniri in præterito vtriuſque vocis, actiuæ ſcilicet & paßiuæ, formationem tertiæ ſingul. fœmin. accommodatam primæ ſingulari, cùm in perfectis, tum etiam in imperfectis: quòd vtraque vox formetur per Tau. Eſt

Benoní.

מַפְקִיד מַפְקִידִים מַפְקִידָה vel מַפְקֶדֶת מַפְקִידוֹת

Superueniente מ,altera litera seruili,character coniugationis ה eliditur: ita tamen vt ipse suo puncto tanquam vestigio relicto sub מ,indicetur. Itaque integrum esset מְהַפְקִיד. מ autem præfigitur vtrique participio, quò distinguantur partim ab infinitiuo actiuo, partim à præterito passiuo in pausa. Quidam huc referunt מַרְשַׁעַת improbæ (damnabilis) 2.Paral.24.6.item & alia eiusdem analogiæ. Vide Pahúl. Atque vltima reperitur nonnunquam cum Tserí, vt מוֹצֵא educens, Psal.135.7. Etenim Chirék & Tserí, vt sunt puncta cognata, per totã hãc coniugationẽ persæpe commutantur. Vide quiescent. ל׳א׳, item & cõposita ex quiesc. Pe ׳י & Lamed ׳ה.

מַפְקִידִים Quædam præter regulam loco Chirék habent Scheuá vocale, vt מַחְלְמִים.i.somniantes, Iesch.29.8.& מַעְזְרִים opitulantes, 2.Paral.28.23. מַחְצְּרִים clangentes. 1.Paral.15.4. in quo posterior litera geminata prorsus mutescit.

מַפְקֶדֶת Admodum quadrat analogiæ grammaticæ huius coniugationis illud quod legitur Psal. 19. 8. מַחְכִּימַת sapere faciens.

Pahúl.

מֻפְקָד מֻפְקָדִים מֻפְקָדָה vel מֻפְקֶדֶת מֻפְקָדוֹת

Hîc quoque vt in actiuo participio, He symbolum coniugationis excidit, reiicitque suam vocalem sub מ. Plenum est מְהֻקְצָעוֹת habẽtibus angulos, Iech.46.22, ad cuius instar reliqua formanda essent. Notatur verò litera מ,modò Kibbúts,modò Kamets-chatúph: quòd hæc puncta sint inter se commutabilia, vt מָשְׁחָת corruptus, Prouerb.25.26: at sequente Chateph-kamets,possidet affine pũctum Kaméts, vt מָעֳמָד cõstitutum, Psal.69.3. Kaméts denique vltimæ decrescit in Patháh in constructione genitiui, vt in Nisthál dictum est. Kimchí non malè pronuntiat מָרְשַׁעַת damnabilis

ergo Dan.cap.2.25.אַשְׁכַּחַת inueni, pro אַשְׁכַּחַת. Vide paßiuam vocem ſubſequentem, Afhél quoque deficientium Ayn, & Ofhál quieſcentium Lámed. Significatio Aramicè eadem quæ Hebraicé.

Benoní.

מַפְקֵד מַפְקְדִין מַפְקְדָא מַפְקְדָן

Utrunque participium deformatur per Mem, quod vt Hebraicè, ita & Aramicè habet punctum characteriſticæ totius coniugationis, vbi illa abeſt: nam quum exprimitur, Mem recuperat proprium Scheuá. Exprimitur verò à Babylonijs hîc, & in ſequentibus temporibus ſæpius quàm Hebraicé. vbi vix apparet extra illud Pahúl Iechez.46.22.מְהֻקְצָעוֹת angulatis, & futura quædam quieſcentium Pe Iod. Syllabæ poſteriores hic eædem ſunt quæ in ipſis participijs Pahél: niſi quòd aliquando Chirék quod hîc inuenitur in Benoní ante gutturalem cum auxiliari puncto in מַשְׁכַּח inuenit, Prouerb.20.6. in paraphr. retinetur in omnibus eius vocibus, ſed ſemper ſcribendum ſine Iod, vnde legendum eſt Hoſch.1.2. מוֹסְפִין addunt. Ex ſuperiore obſeruatione huic adiuncta, eſt illud Act.4.20. מַשְׁכְּחִינַן poſſumus nos: niſi quis cauſetur punctum ח ad כ adſcriptum fuiſſe..

Pahúl.

מַפְקַד. מַפְקְדִין מַפְקְדָא מַפְקְדָן

Ut in ſuperiore coniugatione ita & hic Benoní & Pahúl ſola prima voce differũt, quæ tamẽ eadem ſit vbi vltima eſt חַעְרָה. Priores certè ſyllabæ ſemper eædem ſunt, ita vt Mem etiam huius participij formatiuum, non Kamets-chatúph (ne Babylonicè quidem ex Babylonica formatione paßiuæ ſubſequentis) ſed Pathách Aleph characteriſticæ habeat, niſi ipſum א exprimatur, aut eius loco He, tum enim manet ſuum cuique punctum. Hanc deformationem deſignat illud Danielis 2.45.מְהֵימַן ad veritatem exacta (vera, fidelis:) quod eſt ex hoc Pahúl in quieſcentibus Pe, de quibus infrá. Confirmant verò ex Hebræorum interpretatione, illud Daniel.2.15. מְהַחְצְפָא accelerata (ſeu confirma-

bilis (malis delibutæ) 2.Par.24.6. à mascul. מִרְשַׁע, itē & alia eiusdē analogiæ potiùs esse Pahúl, vel certè nomina Toár quàm Benoni. Et verò vel sola significatio quæ in illis passiua est, hoc confirmet.

Infinitiuus.

הַפְקֵר (vel) הַפְקִיר

Fieri videtur à Benoní, restituto ה, & ablato ם. א, etiam hîc vt in Præterito, loco ה ponitur, vt אַשְׁכֵּים diluculo surgendo, Iirm.25.3. in quo & plerisque aliis quies adscribitur. Frequentiùs quidem est Pathách sub ה: non rarò tamen Chirék, sicut in Benoní, vt פָּסוֹחַ וְהִמְלִיט transiliendo & eripiendo, Ieschah.31.5. vel Seghól sequente Chateph-seghól, vt הֶחֱזִיקִי apprehendere me. i. quo apprehendi, Iirme.31.32. ac tum constructione sola infinitiuus à præterito discernitur. Vltima tam hîc quàm in imperatiuo & in futuro, præter Tserí & Chirék recipit Pathách, quum tertia est ר, vt הַפְצַר violare, 1.Schem.15.23. aut secunda vel tertia gutturalis, vt הַנְחַת descendere fac, Ioel 3.11. aliàs 16. & יַבְטַח confidētes reddat, Iesch.36.15. Admittit denique paragogen י. Vide quiesc. Pe י, ad gerundia Hifhíl.

Gerundia.

בְּהַפְקִיר כְּהַפְקִיר לְהַפְקִיר מֵהַפְקִיר

Cum כָּלֵב, modò seruatur ה, modò (vt in participiis) eliditur, ac per reiectā propriā vocalem indicatur, vt לַסְתִּיר, ad abscondendum, Ieschah.29.15. post מ verò perpetuò sequitur ה: quia propriam habet vocalem, quam abiicere nō potest vt alienam admittat. Porrò vltima gerundiorum semper est Chirék.

Imperatiuus.

הַפְקֵר . הַפְקִירוּ הַפְקִירִי הַפְקֵרְנָה

Imperatiuus conformis est infinitiuo, sed ה, perpetuò scri-

ta) & illud Hez.cap.6.1. גנזיא מהחתין *thesauri repositi: quanuis quidam contrà excipiant esse Benoní, præsertim posterius, quod exponunt, Gazas reponebant, nimirum, qui reponebant, hoc est, Gazæ reponebantur, ex vsitato Hebraismo & Chaldaismo: atque hanc interpretationem iuuat aliquo modo accentuum situs. Cæterùm in his tribus (in primo ex Aramæorum omnium consensu, in duobus alijs Babylonicè) exprimitur* He *pro Aleph, coniugationis charactere, cum proprio pūcto, vnde Mem habet Scheuá. postremū deniq; est ex deficiētibus* 'פ*, vt suo loco dicetur.*

In paraphrasi Onkelós, scriptio illius Deuter. 3.5. קִרְוִין מַקְּפָן *ciuitates circundatæ, hoc etiam verum comprobat: item & illius Hosch.*13.8. דּוֹב מַתְכַּל *vrsus orbatus, in quibus si Mem debuisset habere Kamets-chatúph, vel Kibbúts, proculdubio adscriptum fuisset* ו *ad ea indicanda.*

Et verò non ita mirum videri debet in hoc Pahúl esse punctum characteris in præterito, quum hoc Hebraicè fiat in מבדל *Separatus,* מַמְשָׁל *Assimilatus,* משחת *(Corruptus, &* מַרְשָׁע *Damnandus: quæ Kimchí ait esse Pahúl, vel certè nomina Toar.*

Porrò Syri totam hanc controuersiam dirimunt, qui disertè sub מ *vtriusque participij constanter reponunt Pathách, vt Luc.* 4.6. מַשְׁלַם *traditum.*

vel מַלְ *Infinitum.* *Syr.*

אַפְקָרָא בְּאַפְקָרָא כְּאַפְקָרָא לְאַפְקָרָא מִלְּאַפְקָרָא. מַפְּקָרוּ לְמַפְּקָרוּ.

Hic *pro vtroque* א *Daniel &* Hezras *scribunt* ה. *Est autem hîc ijsdem legibus* א *posterius, huius infiniti formatiuum, quibus* א *infinitorum superioris coniugationis: vnde sequente genitiuo mutatur in Tau, Hez.* 4. 22. לְהַנְזָקַת מַלְכִין *ad nocendum regibus. Aliàs satis frequens est terminatio in* ות*, in affixione. Nulla talis formatio cernitur in nudo* לְהוֹדַע *ad indicandum, Chabak. cap.*3.2. *&* 14. לְאוֹבָדְהוֹן *ad perdendum eos, cum affixo. in superiore detritus dici possit apex, qui* א *notaret.*

Syr. דֵין *Imper.*

אַפְקַר אַפְקָרוּ אַפְקָרִי אַפְקַרְנָא

ſcribitur cum Pathách : vltima etiam hîc cum Pathách , vt הַיְשַׁר dirige, Pſal.5.9. quod in pauſa etiam retinetur, vt הַמְעַד nutare fac, Pſal.69.24.& ſimiliter in futuro, וַיַּצְלַח & proſperè egit, 1.Paral.29.23. Denique Tſerí ſpoliatum proprio accentu migrat in Seghól, quòd in infinito & futuro locum habeat, 2.Schem. 24.10. הַעֲבֶר־נָא tranſire fac quæſo nunc. Penultima vocis vltimæ ſemper eſt cum Tſerí, ſicut duæ mediæ voces Chirék in penultima ſemper obtinent. cætera eadem eſt tam in puncto quàm in accentu, cum vltima maſc. ſingul. אַבְרֵךְ Genu flecte, Gen.41.43, habet א pro ה.

Futurum.

M.	יַפְקִיד	תַּפְקִיד	יַפְקִידוּ	תַּפְקִידוּ
C.	אַפְקִיד		נַפְקִיד	
F.	תַּפְקִיד	תַּפְקִידִי	תַּפְקֵדְנָה	

Non ſemel admonuimus futurum formari ab imperatiuo : vltima tamen hîc modò Tſerí, vt וַיַּשְׁכֵּם & diluculo ſurrexit, Geneſ.19.27. modò Chirék poſsidet, illúdque aliquádo mutat in Scheuá in plurali maſc. vt וַיַּדְבִּקוּ & conſectati ſunt, 1.Schem.31.2. quod iam priùs in Benoni obſeruatum eſt. De ה, & ן, quæ per paragogen adduntur futuris, ſatis ſit quod in Kal tradidimus. Neque repetendum eſt quod in participiis de eliſione ה characteriſticæ attigimus. Si vltimá fuerit gutturalis, pro Tſerí vel Chirék erit Pathách, nõ ſolùm in quinque primariis vocibus, vt ante attigimus: ſed & retineatur ad poſtremam vocẽ, תַּבַּעְנָה Proferent, Pſal.119.171.

HOFHAL.

Præteritum.

M.	הָפְקַד	הָפְקַדְתָּ	הָפְקַדְתֶּם	
C.		הָפְקַדְתִּי	הָפְקְדוּ	הָפְקַדְנוּ
F.	הָפְקְדָה	הָפְקַדְתְּ	הָפְקַדְתֶּן	

Punctis à ſua actiua diſtinguitur, quæ mutuatur ab eius

Pahúl:

Futurum. *Syr.* נְ,*&c.*

יִפְּקַר תְּפְּקַר יִפְּקְרוּן תִּפְּקְרוּן

אֶפְּקַר נִפְּקַר נְ *Syr.*

תִּפְּקַר תִּפְּקְרִין יִפְּקְרָן תִּפְּקְרָן

Syr. דְ.י

Terminationem etiam in Chirék, vt cæteras. alias præteriti, Chaldaicè habere potest, eodem modo mutandas in Scheuá vbi quid additur: vt & aliquando fit apud Hebræos, vt in וַיַּדְבִּקוּ *(pro* וַיַּדְבִּיקוּ*) & assequuti sunt, 1. Schem. 31. 2. Imò & hîc aliquando retinetur (vt in Benoní) character coniugationis, Daniel. 7. 24.* יְהַשְׁפִּל *deÿciet (deprimet.)*

PASSIVUM.

Paßiuum huius postremæ coniugationis duplex dici potest, sicut & primæ, atque iÿsdem ferè legibus. Siquidem illud quod sequitur formam Hofhál Hebraici, non mutato etiam Hebraico ה *in* א *apud Dan. & Hez. Hebraicè scribentes, Babilonicum est, víxque prætergreditur præteritum, vt nec Pehíl. Alterum Chaldaicum est & Syrum, formatúrque per literas* את *præpositas radici, vnde cum in perfectis discerni non poßit ab Ithpehál, in illis nullum tale ponemus, bene in imperfectis, quæ hanc formationem disertè comprobabunt, cùm apud Chaldæos, tum verò vel maximè apud Syros.*

Hofhál Babylonicum. *vel* אָפְ

הָפְקַד הָפְקְדְתְּ הָפְקְדוּ הָפְקַדְתּוּן

הָפְקְדַת הָפְקַדְנָא

הָפְקַדְת הָפְקְדָתְּ הָפְקְדָא הָפְקַדְתֵּן

Omnino videtur sequenda formatio Hebraica in effingendo hoc paßiuo, etiam vbi prima est gutturalis, Hez. 4. 15. הָחֳרְבַת *desolata est. Cæterùm ex vsu Aramæorum de quo modò in actiua voce, formatio tertiæ sing. fœmin. accommodatur primæ sing. Dan. 4. 33.* הָתְקְנַת *confirmatus (coaptatus) sum. Chaldæis enim*

Pahúl: niſi quòd vltima more præteritorum paſsiuorum, eſt cum Pathách extra pauſam. Itaque ſicut illic פ notatur modò Kamets-chatúph, modò Kibbúts loco Kamets-chatúph, modò etiam Kaméts, ſequente Chateph-kaméts ſub gutturali: ſic & hîc ה, vt הָכְרַת Exciſum eſt, Ioel 1.9. הָשְׁכַּב proiectus iacuit, Iech.32.32. הָחֳרַב Ad internecionẽ deſtructus eſt, vnde infinitiuus הָחֳרֵב occidendo, 2.Reg.3.verſ.23. Mira eſt cõpoſitio vocis הֶחֳדַלְתִּי אֶת־דִּשְׁנִי Priuérne pinguedine? Iud.9.9. quod cum eadem conſequutione reperitur verſ.11.& 13. Videtur enim habere ה interrogans affectum Seghól, non ſolùm ob gutturalem ſubſequentem cum Kamets-chatúph, ſed & ad deſignandum He Hifhíl, quod ita ante gutturalem punctuaretur, quaſi hoc indicio & articuli, caſúsque ſubſequentis ſignificetur coniugatio Hifhíl hîc latens. Reliqua habet ex Hofhál. Senſus autẽ huiuſcemodi cõpoſitionis hic eſt, Veſtríſne verbis perſuaſa ita miſſam faciam pinguedinem meã, vt ea ipſa quoq; priuer & deficiar, nihílque ampliùs habeam in me cõmendabile? Penultima & vltima in reliquis vocibus eædẽ quæ in Kal & Nifhál: eadem quoque eſt ſedes accentus.

Benoní.

הָפְקַד הָפְקָדִים הָפְקָדָה vel הָפְקֶדֶת הָפְקָדוֹת

Vltima cum Kaméts, quo diſcernitur à præterito, vt in Nifhál & Puhál.

Infinitiuus.

הָפְקֵד

Deſinit in Tſerí, atque ita diſtinguitur à præterito & Benoní. Prior autem ſyllaba eadem vbique permanet. Cũ paragoge, וְהָשְׁכְּבָה proiectus iacebis, Iech.32.19. Infinitiuus pro futuro. Benoní & gerundia hîc non ita ſunt obuia, nec etiam imperatiuus (quia merè eſt paſsiua) præſertim in ver-

verbis perfectis. In imperfectis habes Benoní ad quiesc.'ע, gerundia ad defic.'ע, & imperatiuum ad quiesc.'ל'ה.

Futurum.

M.	יָפְקַד	תָּפְקַד	יָפְקְדוּ	תָּפְקְדוּ
C.	אָפְקַד		נָפְקַד	
F.	תָּפְקַד	תָּפְקְדִי		תָּפְקַדְנָה

Futurum sequitur præteritũ, sicut & in Puhál: quandoquidem imperatiuum ita vsitatum non habet: & ה abiicit, quemadmodum dictum est in Nifhál, & participiis vocis actiuæ.

parum firma esset ratio mutatam dicere ob regium accentum minùs latam vocalem Tserí, in latiorem Pathách. Vulgata editio Græcorum videtur indicare eos impersonaliter illud interpretatos fuisse, ita vt esset, Concinnitas accessit: sed Complutensis legit non ἐκραταιώθη Robur accessit, sed ἐκραταιώθην Corroboratus sum.

Ex his alia tempora efformare licet ex Hebræorum vsu.

Benoní.

הָפְקַד הָפְקְדִין

&c. siquidem apud Hebr. *legitur* הוּכָן *paratur, Ieschah.* 30.33.

Infinitum.

הָפְקָדָא בְּהָפְקָדָא

&c. vt Hebraicè הָשַּׁמָּה *(pro* הָשַּׁמָּה*) desolari eam, Leuit. cap.* 26. 34: *&* 43, בָּהֳשַּׁמָּה *(pro* בְּהָשַּׁמָּה*) postquam in desolationem redacta fuerit ipsa.*

Imperatiuus.

הָפְקַד הָפְקְדוּ

&c. vt Hebraicè הָפְנוּ *conuertimini, Iirm.* 46.8.

Futurum.

אָפְקַד יָפְקַד

&c. ita vt etiam exprimi posset characterica. coiug. אֲהָפְקַד יְהָפְקַד *&c.*

CAPVT VI.

Hithpahél.

Præteritum.

M.	הִתְפַּקֵּר	הִתְפַּקַּרְתָּ	הִתְפַּקַּרְתֶּם
C.		הִתְפַּקַּרְתִּי הִתְפַּקְּדוּ	הִתְפַּקַּדְנוּ
F.	הִתְפַּקְּדָה הִתְפַּקַּרְתְּ		הִתְפַּקַּדְתֶּן

COniugationis huius tria sunt symbola:ה cum Chirék, quod habet commune cum Hifhíl & Hofhál:Daghés in media,aut eius valor Kaméts sub prima,ídque mutuatur à Pihél & Puhál: harum enim cōiugationum significationem participat. Tertium symbolum, illúdque proprium est ת,quod in literis eiusdem aut affinis pronuntiationis (vt ט ,ד ,& ת) compensari solet,vt הִתַּמֵּם pro הִתְתַּמֵּם Integrum se exhibuit: & הִתַּפֵּל pro הִתְתַּפֵּל Contorsit se. à quibus sunt illa 2.Schem.22.26.תִּתַּמָּם integrum te exhibes, & vers.27. תִּתַּפָּל cōtorques te.item הִדַּבֵּר pro הִתְדַּבֵּר, à quo מִדַּבֵּר (pro מִתְדַּבֵּר) loquentis,Numer.7.89.הִטַּהַר (pro הִתְטַהַר) Mundauit se, à quo הִטַּהֲרוּ pro הִתְטַהֲרוּ mundauerant se, Ezræ 6.20. & in aliis etiam,vt הִנַּשֵּׂא pro הִתְנַשֵּׂא,vnde תִּנַּשֵּׂא efferetur,Num.24. 7: & הִזַּכּוּ, purificate vos, Ieschah. 1.16, quod plenum esset הִזְדַּכּוּ.nec mirum videri debet Daghés in ז indicare defectum literæ sequentis, quum aliàs semper præcedentis literæ defectum soleat supplere. primùm quia id necessitate fit.nam litera sequens כ occupatur Daghés characteristico, vt alterum insuper non admittat: deinde si regularem collocationem obseruemus,debuit ד,loco ת positum, præcedere,non autem subsequi: nisi quòd euphonia cōmunem ordinem mutauit. Itaque in defectu notando partim necessitatis, partim legitimi ordinis ratio habetur. Atque in vniuersum statuendum videtur ת, addititium nonnisi in prima per Daghés absorberi. Ponitur autem nōnunquam

א loco ה (quemadmodum in Hifhíl notatum eſt)vt אֶתְחַבַּר fœdere coniunxit ſe,2.Paral.20.35. Porrò ſyllaba הִתְ, radici præfigitur:at ſi incipiat à זַסְצַשׁ, ad euphoniam prima radicalis ſeruilibus inſeritur,vt הִשְׁתַּמֵּר Cuſtodiuit ſe, à quo futurum, אֶשְׁתַּמֵּר ſeruabo me, Pſal. 18.24. excipitur vnum, הִתְשׁוֹטַטְנָה diſcurrite, Iirm.49.3. ob euphoniam quæ pluribus literis eiuſdem ferè pronuntiationis ſubinde repetitis interturbaretur. Eadem de cauſa, vbi prima radicis eſt צ,non ſolùm illa tranſponitur,ſed & ipſe character coniugationis ת mutatur in ט,quaſi tum leniùs fluat ipſa pronuntiatio,vt הִצְטַדֵּק Iuſtificauit ſe.Sic etiam vbi prima eſt ז, illa tranſpoſita ת mutatur in ד,vt הִזְדַּמֵּן Præparauit ſe, Chaldaicum & Rabbinicum. Radicales autem notãtur iiſdem pũctis, quibus ſcribitur infinitiuus Pihél. Quorum autem vltima eſt Pathách, in maiore accentu illud mutant in Kaméts,vt וְהִתְגַּלָּח Et radet ſe,Leuit.13.33. Significatio indicata eſt in Nifhál: tametſi enim actiuorum conſtructionem, aliquot locis admittere videatur hæc coniugatio,habet tamen ſignificationem immanentem, deſignátque agentis in ſeipſum actionem, ſiue veram, ſiue imaginariam, vt הִתְעַשֵּׁר Diuitem ſe fecit,à quo מִתְעַשֵּׁר qui diuitem ſe iactat, Prouer.13.7.Habet etiam vim Frequẽtatiuorum, vt וְהִתְהַלֵּךְ & itauerit,Exod.21.19.

Sed & prima radicalis mutat genuinum Pathách in Seghól,ſequẽte gutturali kametſata & daghesſáda (quod obiter expoſuimus ad punctuationem ה,in dictionibus cõſignif.) vt fit in pauſa,vt וְהִנֶּחָמְתִּי (pro וְהִתְנַחַמְתִּי) & conſolabor meipſum,Iech.5.13.& וְהִטֶּהָרוּ (pro וְהִתְטַהֲרוּ) & mundabuntur, Num.8.7.Secunda præterea radicalis, quẽadmodum in Kal notatum eſt,loco Pathách admittit Chirék, vt וְהִתְגַּדִּלְתִּי וְהִתְקַדִּשְׁתִּי Et magnificabo me, & ſanctificabo me, Iech.38.23.הִתְקַדִּשְׁתֶּם ſanctificauiſtis vos.Leu.11.43.

Benoní.

מִתְפַּקֵּד מִתְפַּקְּדִים מִתְפַּקְּדָה vel מִתְפַּקֶּדֶת מִתְפַּקְּדוֹת

מ nota eſt Benoní, ſicut in Pihél & Hiſhíl:atque ה ſimiliter deperditur,indicatúrque ſuo Chirék ſub מ : ne plures literæ ſeruiles coaceruentur. Eadem verò eſt formationis & variationis regula, quæ in Benoní Kal tradita eſt, & in reliquis coniugationibus comprobata. Inuenitur מִתְנַכֵּרָה aliam quàm erat,ſe exhibens:cum Tſerí in penultima ex vi accentus regij, quanuis ille in vltima remaneat: ne fortaſſe ה videatur paragogicum,1.Reg.14.5.& 6.

Infinitiuus.

הִתְפַּקֵּד

Eadem eſt in hac coniugatione forma præteriti, infinitiui & imperatiui.Itaque ſolo contextu diſtinguuntur.

Gerundia.

בְּהִתְפַּקֵּד כְּהִתְפַּקֵּד לְהִתְפַּקֵּד מֵהִתְפַּקֵּד

Seruatur ה, cum בִּכְלָם:ideo proprio puncto Scheuá notantur.

CAPUT VI.

De nexu pronominum.

NExus pronominum ſeparatorum cum verbis creberrimus eſt Arameis. Siquidem non modò cum participijs cuiuſuis numeri anneſtuntur,ſed & cum futuris : & proinde non ſolùm ad diſtinguendas & definiendas perſonas,ſed & ad emphaſin.

Nexus pronominis ſeparati cum Benoní.

Singul.

Ex	פָּקֵד אֲנָא	*fit Aram.*	פָּקֵדְנָא	*iubeo ego. Maſc.gen.*
	פָּקֵד אַתְּ		פָּקֵדְתְּ	*iubes tu. Cōm.*

Chald.

Imperatiuus.

הִתְפַּקֵּר הִתְפַּקְּרוּ הִתְפַּקְּרִי הִתְפַּקֵּרְנָה

Vltima notatur etiam Pathách, vt וְהִתְעַנַּג Et oblecta te, Psal. 37.4. Porrò Tserí eodem modo mutatur, abiecto vel retracto accentu, quo in Nisħál & Pihél mutari diximus. Sed & penultimam secundæ & tertiæ vocis, sæpius in Tserí, raròin Kaméts producit accentus maior: quæ ad futurum quoque extendenda sunt. Vnde (tametsi raró) tertia præteriti pluralis eadem est, vt extra pausam, sic aliquando & in pausa, cum plurali masculina imperatiui, vt apparet ex Iehosch. 3. 5. הִתְקַדָּשׁוּ sanctificate vos.

Futurum.

M.	יִתְפַּקֵּר תִּתְפַּקֵּר	יִתְפַּקְּרוּ תִּתְפַּקְּרוּ
C.	אֶתְפַּקֵּר	נִתְפַּקֵּר
F.	תִּתְפַּקֵּר תִּתְפַּקְּרִי	תִּתְפַּקֵּרְנָה

Hîc quoque eliditur ה characteristica, traiicitúrque eius punctum ad אֵיתָן: ne plures concurrant seruiles, vt iam sæpius explicatum est. Sed enim א scribitur cum Seghól, quia gutturales non delectantur Chirék.

Chaldaicè cuiusuis generis, sed Syrè masculini propriè, aliquando tamen etiam fæminini, Matth. 23.37. קָטְלַתְּ *occidis tu,* רָגְמַתְּ *lapidas tu. i. quæ occidis, quæ lapidas, seu, trucidatrix, lapidatrix. Aliàs ex*

פָּקְדָא אַנְתִּי *fit Syr.* פָּקְדַתִּי *iubes tu. Fæm.*

Prætermittimus nexum pronominis primæ personæ cum fæminino singulari in vtroque participio, & pronominum tertiæ cum Benoni: quia nondum occurrerunt huiuscemodi nexus.

Plur.

Ex פָּקְדִין { אֲנַן / חֲנַן } *Chald.* נַן / *Syr.* נַן } פָּקְדִי *Iubemus nos. Comm.*

פָּקְדִין אַתּוּן *Aram.* פָּקְדִיתוּן *iubetis vos. Masc. Fæmininũ nondũ occurrit.*

Cum Pahúl.

Sing.

אֲנָא .פְּקִיר פְּקִירְנָא *Iubeor ego.* *Masc.*
Aram.
אַתְּ .פְּקִיר פְּקִירַתְּ *Iuberis tu.* *Comm.*
etiam Syris, qui tamen sæpius & magis propriè di-
Ex *cunt in fœminino genere,*
אַנְתִּי .פְּקִירָא פְּקִירַתִּי *Fœm.*
הוּ .פְּקִיר *Syr.*פְּקִירוּ *Ille.*
Iubetur
הִי .פְּקִירָא פְּקִירָהִי *illa.*

Nexus istiusmodi disertissimus est in alijs Pahúl aliarum coniugationum in perfectis: Heb.13.4.מְיַקְּרוּ *honorabilis ipse: & 1. Pet.1.3.*מְבָרְכוּ *benedictus ipse. Imò & in adiectis nominibus, Galat.4.3.*חַיָּבוּ *debitor est.*

Plur.

אֲנַן *Chald.*נַן
.פְּקִירִין פְּקִירִי *Iubemur nos. Masc.*
Ex חְנַן *Syr.*נַן
אַתְּון .פְּקִירִין *Aram.*פְּקִירִיתְון *Iubemini vos. Masc.*
Cætera ex superiorum analogia formare potes, quamuis nondum occurrerint.

Cum futuro.

Ex אַתְּון תִּתְבְּעוּן *fit Chald.*תִּתְבְּעִיתְון *quæratis vos, Iesch.22.4. ad cuius analogiam & superiorum illorum, reliquum futurum exigere posses. Vide quiescentia* ל״.

Obseruata punctorum analogia, nexus istiusmodi idem est in omnibus coniugationibus.

Nexus pronominum affixorum cum verbis Aramicè suas quidem habet difficultates, sed non tot nec tantas, quot & quantas habet Hebraicé.

פְּקַר *Nexus äff. cum præter.*

CAPVT VII.

De nexu pronominum cum verbis.

APud paucos ex Hebræorum Grammaticis conſtat de pronominum ſeparatorum nexu cum verbis, omnes certè in affixorum nexu acquieſcunt. Pauca enim ab illis paucis ex veterum Hebræorum libris afferũtur, quæ illud confirment:& quæ alij ad aliud caput referãt, nimirum ad mutuam temporũ cõpoſitionem, de qua proximo capite.

In huiuſce modi pronominum affixorum nexu eædem obſeruandæ punctorum mutationes, eadem puncta affixorum ipſorum & literarum quæ ea præcedunt, & eorum viciſsitudines, quæ in nominibus. Hoc duntaxat intereſt, quòd affixa quædam verborum propria ſint, alia etiam illis familiariora.

פָּקַד. חָפֵץ. יָכוֹל. Nexus affix. cum præt.
1 פְּקָדוֹ. חֲפֵצוֹ. יְכוֹלוֹ. Affix. maſc. & comm.
vel פְּקָדָהוּ. חֲפֵצָהוּ. יְכוֹלֵהוּ.
2 פְּקָדְךָ. חֲפֵצְךָ. יְכוֹלְךָ.
ad maioré &c. obſeruata hac analogia.
accentum,
פְּקָדֶךָ. raro פְּקָדְךָ
3 פְּקָדַנִי. raro פְּקָדֵנִי. ad maiorem accentum, פְּקָדָנִי.
4 פְּקָדָם. Poeticè, פְּקָדָמוֹ
5 פְּקַדְכֶם: in quo vt ad כֶן, eſt Pathách ad ſecũdã rad. quòd
6 פְּקָדָנוּ affixum conſtet pluribus conſonantibus.

1 פַּקְדֵהּ *Aff. maſc. & comm.*
2 פַּקְדָךְ *Aram.*
3 פַּקְדַנִי
4 פַּקְדְהוֹן *Syrè ex analogia eſſet* פַּקְדֵנוּן, *ſed vſus conſtanter ha*
5 פַּקְדְכוֹן *vel* פַּקְדְכוֹן. *Syr.* כוּן *bet hæc ſeparata,* פְּקַד אִנוּן.
6 פַּקְדָנָא *vel* פַּקְדַן. *Syr.* פַּקְדַן

Affix.fœm.

7 פִּקְרָה. *Aram.*
8 פַּקְרֵךְ, *vel* רֵכִי. *Syr.* רֵכִי
9 פִּקְרִכֵּן. *Syr.ex analogia*, פַּקְרַכֵּן : *sed vsus constanter habet separata, vt in mas. antistropho.*
10 פַּקְרְכֵן, *vel* פְּקַרְכֵן. *Syr.* כֵין

פְּקַרְתְּ *seu* פְּקַרְתָּ

1 פְּקַרְתִּהּ. *Syr.* פְּקַרְתָּיהִי & פְּקַרְתִּיהִי
2 פְּקַרְתַּנִי *Aramicè.*
3 פְּקַרְתִּנוּן. *Syr.* תֵנוּן: *vel separatè, vt suprá.*
4 פַּקְרְתָּנָא, *vel* תָּן. *Syr.* תַן
5 פְּקַרְתֵּהּ
6 פִּקַרְתִּנֵּן. *Syr: vt in* פְּקַרְנֵן

פִּקְרֵת. *Syr.* פַּקְרֵת

Omnino affigitur in tertijs, vt פְּקַרְתְּ, & *loco primarum admittit secundas.*

פְּקַרְתֵּךְ
פְּקַרְתְּכוֹן. *Syr.* כוֹן *Chaldæi videntur admittere Hebraicam formationem,* תִיכוֹן & תִיכֵן
פַּקְרְתֵּךְ, *vel* תֵכִי. *Syr.* תֵכִי
פְּקַרְתְּכֵן. *Syr.* כֵין

פְּקַרוּ

פַּקְרוּהִי
פַּקְרוּךְ *Aram.*
פַּקְרוּנִי. *Syr. etiam* רוּנָנִי
פַּקְרוּנוּן. *Syrè etiam separatè.*
פַּקְרוּנְכוֹן, *inserto Nun per epenthesin.*
Syrè, פַּקְרוּכוֹן
פַּקְרוּנָא, *vel* רוּנָנָא, *vel* נָן, *vel etiam* רוּן.
Syrè, רוּן, & רוּנַן.
פַּקְרוּהָא. *Syr.* פַּקְרוּה
פַּקְרוּךְ, *vel* רוּכִי. *Syr.* רוּכִי

7 פְּקָדָהּ, vel פְּקָדָה Affix.fœm.
8 פְּקָדֵךְ
9 פְּקָדָן
10 פְּקַדְכֶן Atque ita tertiæ omnes personæ omniũ personarum, generum & numerorũ affixa, hoc est decem recipiunt. Primæ duntaxat octo. Nam primæ sing. & pluralis affixum exprimitur per coniugationem reciprocam. Secundæ sex duntaxat: tum hac de causa, tum etiam quòd affixa fœminina masculinæ voci non quadrarent, nec masculina fœmininæ.

פָּקַדְתָּ
1 פְּקַדְתּוֹ, vel פְּקַדְתָּהוּ
2 פְּקַדְתַּנִי. ad maiorẽ accentum, פְּקַדְתָּנִי.
3 פְּקַדְתָּם
4 פְּקַדְתָּנוּ, vel פְּקַדְתָּנוּ, ex analogia præteriti.
5 פְּקַדְתָּה
6 פְּקַדְתָּן

יָכוֹלְתָּ
יְכָלְתּוֹ, vel יְכָלְתָּהוּ
&c. hac ipsa analogia. Perpetuũ enim est vocalem secundæ radicalis breuẽ esse in affixione vocum quæ formantur litera nõ quiescente, in aliarum, longam.

Eadem omnino hîc est forma quæ in deficientibus Pe. Commune enim hoc habet vterque ordo, vt literæ defectum suppleat per Daghés in litera subsequente, hîc in tertia, illic in media. Quinetiam in hoc ordine resoluitur Daghés in Nun epentheticum, vt in Afhél apparebit. Cæterum Daghés in hoc infinito videtur conflatum ex reiectione vocalium (de qua in posteriore forma Hofhál *deficientium Pe) & proinde sola reiecta vocalis mediam deficientem indicat, quod etiam in futuro euenit. Vide & ibi. Dan.*6.14. מֵעָלֵי שִׁמְשָׁא *ingressus (.i. occasum) solis, videri possit huius infinitiui, ita tamen vt habeat formam regiminis pluralis masculini (vt formæ Talmudicæ de quibus in infinito Kal in perfectis) subsequente videlicet genitiuo: Mem verò affecta sit Seghól loco Chirék, ob gutturalem cùm Kaméts, quæ afficienda erat Daghés: sed cùm illa regula* Hebraicè *habeat tantùm locum vbi Pathách occupare debet literam quæ præce-*

Imperatiuus.

סוֹב סֹובוּ סֹובִי סֹבֶינָה

Imperatiuus ſequitur infinitiuum, vt in perfectis. Itaque in prima voce ſæpius deſinit in Chólem (vt in paradigmate:) quod etiam migrat in ו accedente paragoge ה, עוּזָּה (vel vt alij emendatiùs, עוּזָה) corrobora, Pſal. 68.28. quod alij legunt cum Kibbúts, ac malunt eſſe nomen formæ חֻקָּה Cóſtitutum. qui eſt & alius modus ſupplendæ literæ, ex ſuperioribus mixtus, nimirum per vocalem lõgam, eámque reiectã, & ipſum Daghés. Aliquando etiam nobis repræſentandus eſt cum Pathách. Nam אָרָה־לִּי diris voueto mihi, Num. 22, 6. & 11. קָבָה־לִּי diſertè maledicito mihi, omnino habent Kaméts, effectum ex Pathách, tum propter reiectum Daghés ex ſubſequente litera, tum etiam quia ſuſtẽtandũ fuit Pathách propter Makkáph. Duæ mediæ voces vel ſeruant Chólem vnà cũ accentu, vt in paradigmate: vel loco Chólem habent Kamets-chatúph, vt רָנּוּ canite, Ieſch. 44.23. & 54.1. רָנִּי cane, deſcendente videlicet accentu: qua de cauſa vel illud ipſum punctum obtinet ad primam ſyllabam quartæ vocis, סָבֶּינָה, vel Kibbúts vt in parad. Iod verò inſeritur hîc & in futuro etiam in aliis huius ordinis coniugationibus, ne נָה putetur affixum. Vide fut. Kal perfecti פָּקַד.

Futurum.

M. יָסוֹב תָּסוֹב יָסֹובוּ תָּסֹובוּ
C. אָסוֹב נָסוֹב
F. תָּסוֹב תָּסֹובִי תְּסֻבֶּינָה

Kaméts ſub אֵיתָן conflatur ex vocali earum literarum, & Scheuá primæ radicalis. Tranſlatum verò Chólem ſecundæ radicalis ad primam, indicat illius defectum. Nam ab integro אֶפְקוֹד, vt אֶסְבּוֹב, fit defectiuum אָסוֹב. Porrò longa ſub אֵיתָן nonnunquam reſoluitur in breuem & Daghés, vt אקוב

dit gutturalem daghessandam & kametzatam, vt apparet in וְהִטֶּהָרוּ *& mundabunt se, Numer.*8.7. *&* מִבְטָחָם *fiducia eorū, Irm.*48.13.*& alijs permultis, fortasse conuenientius erit analogia Grammaticæ vtriusque linguæ, vt sit nomen ex forma Hebraica,* מִשְׁתָּק *Crurum diuaricatio, retento Kaméts, de more Chaldæorum, vt & fit in Hebr.*הֲמָסִים *liquefactiones,* Ieschah.64 2. *Atque Græci sic ferè exprimunt occasum solis (de quo agit Daniel) in plurali numero,* δυσμαί. *Sic etiam ipsi Syri, vt Marci* 1.32.בְּמֶעְרָבֵי.*& Luc.* 4.40.בְּמֶעְרָבֵי *in occasibus (id est, occasu) solis: imò & sic alij Chaldæi, vt Iehosch.*1.4.מֶעָלֵי שִׁמְשָׁא *occasus solis, & Zech. cap.*8.7. *Quidam referre malunt ad formam Syram infiniti Kal quiescentium Lámed, ita vt Kaméts sit sub gutturali loco Scheuá. Vide illud suo loco. Genuinum certè huius vocis infinitum reperitur Ruth* 2.10.לְמֶעָל *ad ingrediēdum (quod alij malunt scribere* לְמֵעָל*) fortasse ex forma Syra: sed & quum Chaldaicè semper ferè absorbeatur Daghés à gutturali, ferri etiam posset* לְמִעַל*, vt legitur Daniel. cap.*4.24. *aliàs* 27. בְּמִחַן *miserescendo.*

Imperatiuus.

דּוּק דּוּקוּ דּוּקִי דּוּקְנָא

*Daniel non solet exprimere Vau cum Chólem hic neque in futuro, vnde habet cap.*4.14. גֹּדּוּ *excindite. Vltima vox ex breuitate Chaldaica (de qua in præterito) facilè caret Daghés. Syri ignorantes Chólem, habent Schurék, vt Luc.*18.13.חוּנַּינִי *miserere mei: idque ad differentiam quiescentium Háyn. habent & aliquando Patháh, vt* טַנוּ *ambite,* 1.*Cor.*14.1.

Futurum.

	*Syr.*נְ	
יִדְקוּן תִּדְקוּן	יְדוּק תְּדוּק	*Syr.*אֱרוּק
*Syr.*נְ נְדוּק		אֱדוּק
יִדְקָן תִּדְקָן	תְּדוּק תְּדְקִין	
	*Syrè,*תְּדוּקִי	

אָקּוֹב maledicam, Numer. 23. 12. Itaque aliquando ſola conſtructione & ſignificatione diſtinguitur à futuro Nifhál: de quo ſuo loco. Vltima etiam in quibuſdam eſt Schurék, ſicut in infinitiuo & imperatiuo, atque in ipſis quoque perfectis notatum eſt, יָשׁוּד vaſtabit, Pſalmo 91. 6. Præfixa autem nota conuerſionis ו, retractóque per eam accentu, & Chólem & Schurék mutantur in Kamets-chatúph, vt וַנָּסָב & circuiuimus, Deut. 2. 1. aut in Kibbúts, vt וַיָּרֻם & produxit vermes, Exodi 16. 20. diſtinctionis (vt videtur) cauſa, ne confundatur cum radice רום Exaltare, ex quieſcentibus Hájin. In maiore tamē pauſa, reſtituto accētu priſtinæ ſedi, reſtituēda quoque eſt priſtina vocalis, וַיָּהֹם & contriuit, 2. Schem. 22. 15. Recipit paragogen ה, vt imperatiuus, impreſſo Daghés in tertia radicali, in compenſationem literæ deficientis, vt תָּרֹנָּה clamabit (pro clamat) Prouerb. 1. 20. & nonnunquam abſque Daghés, vt נָבֹזָה prædabimur, 1. Schem. 14. 36. In vltima voce, quando accentus demigrat ad tertiam ſyllabam, vertitur Kaméts אֵיתָן in Scheuá vocale, vt תְּסֻבֶּינָה. Eſt igitur in futuro duplex genus ſupplementi: ſimplex videlicet in quinque vocibus nudis, nempe reiecta vocalis mediæ excidentis ad primam radicalem. in reliquo autem futuro & quinque etiam illis paragoge auctis, geminum: nam præter reiectam vocalem, Daghés etiā indicat amiſſam literam.

NIFHAL.

Præteritum.

M.	נָסַב נְסַבּוֹתָ		נְסַבּוֹתֶם
C.		נְסַבּוֹתִי נָסַבּוּ	נְסַבּוֹנוּ
F.	נָסַבָּה נְסַבּוֹת		נְסַבּוֹתֶן

נ ſymbolum coniugationis eandem prorſus ſequitur analogiam, quam literæ אֵיתָן in futuro ſuperioris coniugationis. Integrū ergo eſſet נִסְבַּב. inde reiecto ad ſui indiciū,

Pathách

Sola reiecta vocalis hîc vt in infinito & imperatiuo literam deficientē indicat. hîc verò & in imperatiuo Chaldæi habēt Chólem, vt aliquo modo hic ordo distinguatur à deficientibus Pe, quæ vtrobique habent omnes perfectorum terminationes. Daghés etiã hîc, vt in infinito aliter conflatum est quàm in illo ordine. Nam videtur ita compositum vt fingamus primùm ex vocali primæ radicalis (quæ excipit punctum mediæ deficientis) & puncto literæ אִיתָן*, coaluisse vocalem longã, quæ deinde resoluta fit in vocalem breuem & Daghés, sicut fit in Hebraicis* אַבּוֹת *Contundam, &* אַקּוֹב *Maledicã, pro* אֶבְוֹת*, &* אֶקּוֹב*. Vide Hofhál Chaldaicum in deficientibus Pe:*

Dan. 2. 40. תַּרַע *confringet, est sine Vau, & ob Resch componuntur vocalis breuis & Daghés in longam Tseri. Syri tres perfectorum terminationes hîc retinent, vt Rom. 11. 2.* דְּנֵעוּל *vt ingrediatur. & 14. 11.* תֵּכוּף *incuruabit se. & Ioann. 12. 32.* אֵגַר *attraham: & Matth. 13. 32.* יְקַקֵּן *niduletur. & Luc. 9. 22.* נַחֵשׁ *patietur. Habent enim & hîc easdem terminationes quas in imperatiuo. Vbi ad simplices voces accedit Nun, sola reiecta vocalis Scheuá ad literæ indicium etiam Chaldæis, nedum Syris sufficit, quum post illud non possit consistere Daghés duplicans, vt Marci 10. 34.* יִרְקוּן *conspuent: & Matth. 5. 20.* תֵּעֲלוּן *ingrediemini: & Act. 20. 29.* נֵעֲלוּן *ingredientur. Aliàs adiecto solo* י*, etiã apud Chaldæos posteriores (de more Syrorum) retinenda videtur pristina vocalis Chólem, subsequente Daghés, vt euenit Ruth 3. 4.* וְתֵעוּלִי *(vel absorpto Daghés* וְתֵעוּלִי*) & ingredieris. nisi quis illud vel ad formam Syram, vel potius ad Hebraicam cuius significationē retinet, exigere malit. Marci 9. 25.* תֵּעֲלִינִי *ingrediaris, habet Iód paragogicum.*

Pehil.

רַקִּיק*, &c. perfectè, postquam formatur à Pahúl perfecto.*

Ithpehál.

אִתְרַק &c.

Pathách mediæ abeuntis,ad primam,ex vocali breui &ſemibreui componitur ſub Nun,vocalis longa, quæ ferè eſt Kaméts, vt in paradig.rarò Tſerí,נִחַנְתְּ gratioſa fuiſti, Iirm. 22.23. Semel atque iterum ad deſignandam ſignificationis diuerſitatem,aliquando etiã in eadem radice, Scheuá primæ nullo modo compenſatur.נִחַל enim Pollutus eſt, dicimus,non נִחַל Hæreditariò poſſedit,ne vtraque ſignificatio confundatur.item & נִחַר Arefactus eſt, nõ נִחַר Exuſtus eſt: quáuis eandem agnoſcant radicem,nimirum חָרַר Arſit. At verò prima iſta vocalis lõga accentu retinente ſuã ſedẽ,immutata etiã retinetur,vt aliis tertiis euenit:alioqui deſcendente accentu migrat in Scheuá,vt ferè in aliis vocibus accidit. Quod ad vltimam attinet,aut effertur cum Pathách, vt in paradigmate,quod aliquando euadit Kaméts,ad maiorem accentum,vt נִחָל pollutum fuerat,Iechez.25.3:aut cũ Chólem,vt נָגוֹז,vnde נָגוֹזּוּ detonſi ſunt, Nach.1.12(quæ varietas in perfectis quoq; notata eſt pag.126.) aut cum Tſerí,vt נָמֵס liquefactum eſt, Pſal. 22.15.ita vt in hunc vnum ordinem incidant tres terminationes,à tribus thematum formationibus deriuandæ. Porrò vltima iſtiuſmodi etiã, vt & prima,accẽtu retinente genuinam ſedem, ſuum etiã locum conſtanter tuetur,vt in tertiis accidit:deſcendente verò accentu,Pathách quidem remanet, longæ verò in breues mutandæ videntur, i. in Kamets-chatúph, & Tſerí in Chirék breue,ex analogia,de qua in præterito Kal in verbis perfectis,& mox in Benoni. Atque ex his liquet vnicum eſſe indicium literæ abſentis in prima voce,in aliis ad reiectionem vocalis Daghés ipſum accedere:niſi accentus genuinam eã ſedem quam habet in verbo perfecto, recuperet.nam tum poſtrema puncta eadem hîc omnino ſunt, quæ & illic:& iã ea ſola reiecta ad primam,mediam abſentem indicant,vt נִחַנְתְּ gratioſa fuiſti,Iirm.22.23.וְנָסַבָּה & circunducebatur,Iech.41.7.וְנִחֲלוּ & polluentur,Iech.7.23.De

Chólem

Chólem cum accentu in penultima, ſufficiat quod in præterito Kal ſemel tradidimus: quod etiã extendi debet ad Hifhíl & Hofhál. נִפְלַל Proſtratus eſt, vel Iudicio damnatus eſt, vide in Abundantibus.

נָסַבּוּ Quæ pertinẽt ad formam פָּעוֹל, ſuum Chólem retinent, vt נָגוֹזוּ, cuius paulò antè facta eſt mentio. Sed & in tertia fœminina Tſerí primæ vocis ſeruatur, vt נָסֵבָּה conuertit ſe, Iechez.26.2. quaſi etiam reperiatur נָסֵב, vt & נָסֵב. Quando autem excutitur Daghés ex tertia radicali, prima notatur Scheuá, genuino literæ deficientis puncto. Nam accentu proiecto ad vltimã, nihil impedit quominus Scheuá locum ſuum retineat: quemadmodum exempla paulò antè commemorata declarant.

נְסַבּוֹנוּ Et cum Kibbúts loco i, נְשַׁדֻּנוּ vaſtati ſumus, Mich.2.4. quod alii reſoluũt, נְשַׁדּוּ מִמֶּנּוּ vaſtati ſunt à nobis.

Benoní.

נָסֵב נְסַבִּים נְסַבָּה נְסַבּוֹת.

&c. aſſumptis terminationibus ex coniugatione Kal, etiã ad Syram dialectum. Ita verò formandum fuit ex analogia Ithpehál quieſcentium Háyn (quod ſæpe occurrit apud Danielem) vt ſola poſtrema vocali hîc breui, illic longa, duo hi ordines diſtinguãtur. In vtroque autem ת *habet Daghés confectum ex reſolutione vocalis longæ, quæ componi debuit ſub priore characterica ex punctis vtriuſque: quòd poſterior excipiat punctum primæ radicalis, ad quam reijcitur punctum mediæ, proprium literæ deficientis indicium. Ab* אִתְרֵקַק *deberet fieri* אִתְרֵק, *ſed fit reſolutio Tſerí in Chirék & Daghés, vnde dicimus* אִתְּרֵק.

Porrò ex analogia quieſcentium ע *videtur hîc notandũ literas ſeruiles nunquã inſeri radicalibus, quòd fortaſſe radices monoſyllabæ ſint, &* ת *habeat Daghés eo cõpoſitũ modo quo diximus.*

Benoní.

מִתְּרֵק מִתְּרְקִין &c.

De Kaméts ſub Nun coniugationis ſigno, dictum eſt in præterito: atque eodem modo hîc quoque mutatur in Scheuá, accentu longiùs recedente, vt in poſterioribus vocibus apparet. Eadem manet vltima ex forma Chólem, vt נגוֹן Detóſus: & ex forma Tſerí, נָמֵס Liquefactus. Itaque quæ ſunt eiuſdem formæ præterita & participia, ſola ſyntaxi diſtinguuntur. Quæ verò in præterito vltimam efferunt per Pathách, illud more perfectorum, mutát in Kaméts notam characteriſticam Benoní. In reliquo tamen participio longa vocalis, quæcunque illa ſit, quum accentu non fulciatur, ſequente videlicet Daghés forti, decreſcit in ſuã breuem: niſi quòd Tſerí in Chirék breue mutatur, vt נִסִבָּה occaſione effectũ, 2. Paralip. 10. 15. quaſi ſit à ſingulari נָסֵב, quod & in ipſo præterito reperiri diximus. Alii malunt Pathách eſſe conuerſum in Chirék: quam mutationem in nominibus huius claſsis aliquando experiemur. Suppletur igitur litera deficiens in prima voce per ſuam vocalem reiectã ad primã radicalem, quæcunque illa ſit, ſiue Kaméts, ſiue Chólem, ſiue Tſerí. Accedit Daghés in aliis vocibus, quo præter vocalem réiectã, amiſſa litera compenſatur. Poſtremò fœmininum ſingulare diſtinguitur à tertia ſing. fœm. præteriti, quòd vltimam ſyllabã acuat, habeátque Scheuá ſub נ.

Infinitiuus.

הִסּוֹב

Abſconditur נ characteriſtica in Daghés primæ radicali inuſto, non aliter quàm in perfectis. Quòd ſi prima non admittat Daghés, Chirék ſub ה, producitur in Tſerí, vt הֵחַל pollui, Iechez. 20. 9. quemadmodum & in perfectis fieri ſolet. Quod ſupereſt, frequentior eſt Tſerí in vltima, vt הִמֵּס liquefieri, Pſalmo 68. 3. ab integro הִמָּסֵס. Vtrunque tamen & Chólem & Tſerí, duplicantia Hájin, ſumunt à perfectis: ac per ea, ablatam literam indicant ſub prima radicali.

Ge-

Gerundia.

בְּהִסּוֹב   כְּהִסּוֹב   לְהִסּוֹב   מֵהִסּוֹב

Seruatur ה cum literis בְּכְלֶם, ne gerundia confundantur cum nominibus formæ גִּבּוֹר, pag.69. Non citra analogiæ rationem quidam huc referunt לְהֵדַק comminuendo, 2. Paralip.34.7. quasi in infinito, vt in futuro, componi poſsit vocalis longa ex breui, & Daghés, etiã ante alias literas quàm gutturales. Vide Hifhíl.

Imperatiuus.

הִסּוֹב	
vel	הִסַּבּוּ
הִסַּב	
הִסַּבִּי	הִסַּבֶּינָה

Imperatiuus ſequitur infinitiuum: itaque vltima etiam notari poſsit Chólem, aut Tſerí, vt הִתָּם Integrũ te geras. Quòd autem ſæpius ſcribatur cum Pathách, id accidit differentiæ cauſa, vt dignoſcatur à quieſcentibus Hájin, quæ ferè habent Chólem. Producitur autem in tribus poſtremis vocibus Pathách in Kaméts, quum tertia reſpuit Daghés, quod ſolet inuri tertiæ, vbi aliquid ad eam accedit, vt הִבָּרוּ mundate vos, Ieſch.52.10. cum accentu in penultima: quo etiam diſtinguitur à quieſcentibus ל״ה, quorum vltima accentum ſibi vendicat, vt הִגָּלוּ patefacite vos, Ieſchah. 49.9. Numer.16.45. הֵרֹמּוּ Efferte (auferte) vos: omnino huic imperatiuo tribuendum eſt, vt apparet ex Daghés literæ מ.

Infinitiuus.

אִתְּדַקָּא   בְּאִתְּדַקָּא

&c. aſſumptis perfectorum terminationibus & dialectis.

Imperatiuus.

אִתְּדַק   אִתְּדַקּוּ   &c.

Futurum.

M.	יִסֹּב	תִּסֹּב		יִסֹּבוּ	תִּסֹּבוּ
C.	אָסוֹב vel (אָסֹּב)			נִסֹּב	
F.		תִּסֹּב	תִּסֹּבִי	תִּסֻּבֶּינָה	

Sublata ה imperatiui, vocalem eius excipiunt literæ איתן, sequente Daghés, vt in perfectis: ita vt hîc quoque א promiscuè habeat Seghól & Chirék, vnde est illud אִכַּף incuruabo me, Mich. 6.6. Imò & hîc regulare est, vt prima non admittente Daghés, ex eo & breui vocali literarum איתן, sub illis componatur Tserí, יֵחַת percelletur, Ieschah. 7 8. quod ita ad alia quædam verba non gutturalia deriuatur, vt ex illis quædã adscriptum etiã habeãt י quod ad vocalẽ longã subintelligebatur, וָאֵקַל & vilis habita sum, Genes. 16.5. אֵיתָם integer ero, Psal. 19.14. Ex interpretatione Aben-Ezræ & Iarchí huc referendum est יֵחַל pollucrit sese, Leu. 21. 9. ex infiniti & imperatiui analogia. Kimchí exponens, cœperit, refert ad Hifhíl. Eadem quoque est vltima futuri quæ imperatiui. Nam Pathách in maiore accentu producitur in Kaméts, vt יִמָּס liquefiet, Iesch. 16.6. Kibbúts autem nonnunquam vsurpatur loco Chólem, vt תֻּתַּם consumetur, Iechez. 24.11. Ad has terminationes siquid accedat, de more huius ordinis inferitur Daghés tertiæ radicali quã accentus præcedit, vt אֵחַתָּה percellar, Iirm. cap. 17.18. & 48.2. תֵּרֹמִּי tacitam te exhibebis: vel, exciderîs. Vnde & huc pertinet illud וַיֵּרֹמּוּ Et efferebantur, Iechez. 10.15. Quòd si in hac accessione accentus genuinã perfectorum verboruum sedem recuperet, recuperantur & vnà postrema eorum puncta, abiecto Daghés, quod vulgò forte esse non potest post Scheuá: יִדְּמוּ: excidentur, Psalmo 31.18. Denique in hoc futuro verba huius ordinis sæpe priorem aut posteriorem ex geminatis repræsentant per Aleph, eo modo quo diximus in præteritum Kal.

PIHEL

PIHEL.

Pihél huius ordinis, vt & superioris defectiuorum, & quæ ab eo deformantur coniugationes iisdem de causis tres radicales semper exhibent. Quia verò molesta quibusdam videri posit eiusdem literæ ter continuò repetitæ pronuntiatio, duplex harum coniugationum forma constituitur. vna perfectorum analogiam per omnia sequitur, altera vocalem breuem primæ radicalis & Daghés componit in vocalem longam Chólem, vt hîc pro סִבֵּב, &c. dicitur etiam סוֹבֵב, &c. ita vt reliquæ syllabæ à prima, neque punctis neque accentu differant à perfectis. Atque posterior hæc formatio in actiua voce obtinet in aliquot verbis perfectis, לוֹשֵׁן Lingua proscidit, שׁוֹפֵט Iudicauit (ad euphoniam) & שׁוֹרֵשׁ Radices egit, ad discrimen significationis שֵׁרֵשׁ Eradicauit. Item & in quibusdam imperfectis, vt suo loco monebimus.

Præteritum.

סִבֵּב סִבַּבְתָּ סִבַּבְתִּי   סוֹבֵב סוֹבַבְתָּ סוֹבַבְתִּי

&c. vt in perfectis.

חִתַּתַּנִי cõsternas me, Ijób 7.14. propriè pertinet ad defectiua ל׳ה׳.

Futurum.

&c. יְתָרְקוּן,   *&c.* אֲתָרֵק,

Pahél.

Coniugatio hæc hîc, vt Hebraicè, & perfecta & imperfecta inueniri poßet, vt apparet ex אֶשְׁתּוֹמֵם *attonitus fuit, Dan. 4.9. sed formam imperfectam magis proprio loco reseruamus, nimirum vbi de verbis Abundantibus agemus. vbi etiam tertiam eius formam proponemus, in qua prima radicalibus inseretur* דַּקְדֵּק.

Præteritum.

דַּקֵּק

&c. vt in perfectis.

Benoní.

מְסַבֵּב מְסַבְּבִים מְסַבְּבָה   מְסוֹבֵב מְסוֹבְבִים

&c.

Ex altera hac forma est מְקוֹשֵׁשׁ colligens quisquilias, Num.15.32.

Pahúl.

מְסֻבָּב מְסֻבָּבִים מְסֻבָּבָה   מְסוֹבָב מְסוֹבָבִים

&c.

vt מְגוֹלָלָה volutata, Iesch.9.5.

Infinitiuus.

סַבֵּב בְּסַבֵּב   סוֹבֵב בְּסוֹבֵב

&c.

vt עוֹלֵל racemádo, Iirm.6.9. Huc pertinet לְחֶנְנָה cómiserandi eam. Vide gerundia Pihél verborũ perfect. pag. 138.

Imperatiuus.

סַבֵּב סַבְּבוּ   סוֹבֵב סוֹבְבוּ

&c.

sicut עוֹלֵל fac, Thren.1.22.

Futurum.

אֲסַבֵּב יְסַבֵּב   אסוֹבֵב יְסוֹבֵב

&c.

Non malè quadraret huius coniugationis analogiæ & significationi illud Psal. 94. 20, הַיְחָבְרְךָ Num socium te [sibi] adiungat: quod alij malunt esse Puhál.

P V H A L.

Præteritum.

סֻבַּב סֻבְּבָה   סוֹבַב סוֹבְבָה

&c.

vt עוֹלַל factus est (ex authoritate Aben-Hezræ & Kimchí) Thren.1.12.

Prima cum Kibbúts vel Kamets-chatúph, vt שֹׁרְדָה [illegible]-stata est, Nach.3.7.

Benoní.

סֹבֵב סְבָבִים   סוֹבֵב סוֹבָבִים

&c.

Infinitiuus.

סָבוֹב   סוֹבוֹב

Futurum.

אֶסֹבֵב יְסֹבֵב   אֲסוֹבֵב יְסוֹבֵב

&c.

Ad merũ Tifchá eſt Kaméts in יְרֹנֵן cãtabitur, Ieſch.16.10.

H I F H I L.

Præteritum.

M. הֵסֵב הֲסִבּוֹתָ   הֲסִבּוֹתֶם

C. הֲסִבּוֹתִי הֵסֵבּוּ   הֲסִבּוֹנוּ

F. הֵסֵבָּה הֲסִבּוֹת   הֲסִבּוֹתֶן

Benoní.

מְדַקֵּק

&c. vt in perf. vnde eſt Daniel.2.40. מְרָעַע *confringit, quod habet Kaméts & Pathách ob gutturales.*

Pahúl.	*Infin.*	*Imper.*
מְדַקַּק	דַקָּקָא	דַקֵּק
&c.	*&c.*	*&c. vnde Dan.4.11.*
		וְקַצִּצוּ *& frangite.*

Futurum & Ithpahél omnino, vt ſuperiora, perfectorum morem ſequuntur. Siquidem inuenias Roman.11.30. אֶתְחַנַּנְתּוּן *miſericordiam conſequuti eſtis. & 1.11.* תֶשְׁתַּרְרוּן *confirmemini.*

Afhél.

Præteritum.

אַדֵּק אַדֶּקְתָּ   אַדֶּקוּ אַדֶּקְתּוּן קְתוּן *Syr.*

תְּ *vel* אַדֶּקְתְּ   אַדֶּקְנָא

אַדֶּקְתְּ אַדֶּקְתִּי   אַדֶּקָא אַדֶּקְתֵּין

Syr. תִי   *Syr.* קִי, *vel* קֵי, *&c.*

Tſerí ſub ה characteriſtica, ex eius Chirék & Scheuá primæ radicalis conficitur:ſeruatúrque in tertiis præteriti, accentu ſcilicet reſidente in proxima ſyllaba. In reliquis perſonis mutatur in Chateph-pathách, vt in paradigmate: aut in merũ Pathách ante gutturalem, vt הַחִלּוֹתָ cœpiſti, Deut. 3.24. Nam Chateph-pathách ſub He ſequente quauis gutturali ſemper mutatur in Pathách ſimplex. Vltima eſt Tſerí per totam ferè coniugationem, vt hac tãquam nota diſcernantur geminata à quieſcentibus Hájin, in quibus eſt ferè Chirék, vt in perfectis, quemadmodũ ſuo loco docebimus. Seruatur auté Tſerí vltimæ in cæteris etiam tertiis, & cum Daghés, vt הֵחֵלּוּ cœperant, 1. Schem. 3. 2. & ſine Daghés, vt הֵעֵזָה obfirmauit, Prouer. 7. 13. In reliquo verò præterito vertitur illud in Chirék breue, ſubſequente Daghés & accentu, ex analogia de qua in Niſhál, atque vt appareat poſitum eſſe pro Chirék longo: alioqui demutaretur ſecundum normam, in Seghól. Quod ſupereſt, vltima recipit etiam Pathách, potiſsimùm ante gutturales & Reſch, vt הֵשַׁח Depreſsit, הֵמַר Exacerbauit, & הֵרַע Comminuit: quod tamen ſeruatur aut mutatur, perinde vt Tſerí: niſi quòd in tertia fœminina eius loco reponitur Tſerí ad euphoniam, propter ſubſequens Kamécs: הֵשֵׁחָה enim dicendum, non הֵשַׁחָה.

Benoni.

מֵסֵב (vel) מְסִבִּים מְסִבָּה מְסִבּוֹת
מֵסַב

Eadem puncta quæ in præterito: aç eodem modo mutantur, niſi quòd Chateph-pathách locum non habet ſub litera מ, quæ in locum ה ſuccedit, quoniam gutturalis non eſt. Porrò etiam quæ habent Pathách illud in Chirék mutant in reliqui vo ibus: ne confundatur hiç ordo cum quieſcẽtibus Lámed He in Pihél, vt מְגַלִּים Reuelantes, &c.

Pahúl.

Pahúl.

מוּסָב מוּסַבִּים מוּסַבָּה מוּסַבּוֹת

ו conflatur ex Kibbúts & Scheuá primæ radicalis: Kaméts autem defectum mediæ indicat de more sub prima: decrescítque in Pathách in reliquis vocibus, sequente scilicet Daghés & accentu. Integrum esset מְסֻבָּב, vt מְפֻקָּד.

Vbi prima radicalis gutturalis est, sæpe apud Chald: vt semper apud Syros absorbetur Daghés, vt אֻעַל*, de quo infrà in imperatiuo, quod idē legitur Act.21.28. aliquādo tamen resoluitur in* נ *epentheticum, vt* הֻנְעַל *introduxit, Dan.2.25. Vbi est Resch, omnino compensandum est per Kaméts apud Chaldæos.*

Tertia fœminina sing. hîc omnino deformanda fuit vt proposuimus, vnde præterregularem deformationem videtur esse illud Dan.2.34.& 45. הַדֶּקֶת *contriuit: quod tamen analogia non caret. Nam vt iam attigimus in perfectis huius coniugationis, cum prima sing. & tertia fœmin. eiusdem numeri formentur per* ת*, facillimum est vnam in alteram transire. Iam verò ex confusione huius ordinis cum ordine quiescentium* י*, prima singularis hoc modo potest desinere, vt apparebit vbi ventum erit ad illum ordinē. Quidā codices habent duplex Seghól, quasi vltima sit* ר*: sed superiorem illam lectionem maior pars codicum probat. Luc. 13.19.* אַקֵּנַת *nidulata est, analogiam perfectorum sequitur.*

Benoni.

מַדֵּק

&c. vt in perfectis, vndè & Dan.2.40. מְהַדֵּק *conterit, habet coniugationis characterem expressum. Ioann.8.46.* מַכֵּס *arguens, est cum Tserí, sed Marc.16.22.* מַשַּׁר *confirmans, est cum Pathách ob* ר*. Rom.8.28.* מַחְבִּין *amant, plurale est.*

Pahúl.

מַדַּק

&c. Act.2.29. מַפַּס *permissum: item & 22.25, est omnino huius participij.*

Infinitiuus.

הָסֵב

Gerundia.

בְּהָסֵב בְּהָסֵב לְהָסֵב מֵהָסֵב

Kaméts ſub ה, efficitur ex Pathách & Scheuá primæ radicalis. Integrum enim eſſet הַסְבֵב. Atque remanet Tſerí in gerundiis, vt ſæpius etiam in futuris, quò diſtinguantur à quieſcentibus ע, quemadmodum in præterito dictum eſt. Iirm.4.11. לְהָבַר ad purgandum, habet Pathách loco Tſerí, vel propter ר vltimam, vel ob maiorem accentum, quod & notat Kimchí. qui etiam huc refert לְהָדַק comminuendo, 2.Par.34.7. quaſi habeat Kaméts minus pro maiore: vel etiam formam & puncta præteriti admittat, quod in perfectis vſuuenire diximus. Vide Niſhál huius ordinis. בְּהִלּוֹ dũ ſplendeſcere faciebat, Ijób 29.3, huius loci meritò cenſetur: cùm etiam in perfectis ſæpe ה coniugationis amittatur. quod vel eo ſolo nomine hîc faciendum fuit, quòd ſimilis litera occurreret.

Imperatiuus.

הָסֵב הָסֵבּוּ הָסֵבִּי הֲסִבֶּינָה

Hîc, vt in infinito, Tſerí aliquando ob maiorem accentum mutatur in Pathách, הַשַּׁמּוּ & obſtupeſcite, Ijób 21.5. quòd in quibuſdam codicibus habet ש cum Daghés quaſi ſit Hoſhál: quod & quibuſdam videtur, præſertim quia eſt intranſitiuè exponendum. ſed & huius verbi voces quædam in Hiſhíl huiuſcemodi ſignificationis reperiuntur. In poſtrema voce ſolet eſſe Chirék ad primam rad.

Futurum.

M. יָסֵב תָּסֵב יָסֵבּוּ תְּסִבּוּ
C. אָסֵב נָסֵב
F. תָּסֵב תָּסֵבִּי תְּסִבֶּינָה

אֵיתָן de more excipit vocalem ה characteriſticæ. atque non raró reſoluitur Kaméts in Pathách & Daghés, vt יַסֵּב diuer-

diuertere fecit, 2.Schem.20.12. Ex Kimchí admittit etiam Tſerí loco Kaméts ad חֵחֵל cœperit, Leuit. 21.9. quod prius obſeruatum eſt in infinitiuo,& in gerundiis. Vide & Niſhál. Nam quòd אַחֵל polluam, ſcribitur cum ſolo Pathách, abſorpto Daghés, accidit vt ita ſignificatio diuerſa note-

Infinitiuus.

אַדְקָא

Gerundia.

בְּאַדְקָא · כְּאַדְקָא

&c.

Cōpenſatur Chal. Daghés per Kaméts ante ר*, indicatur verò per Seghól ante gutturalem quæ eo affici debuerit, & ſcribitur cum Kaméts, Dan.5.7.* לְהֶעָלָה *ad introducendum. Aliàs etiam hoc caſu compenſatur per Nun epentheticum, Dan. 4.3.* לְהַנְעָלָה *ad introducendum. Syri ex analogia habent* מַטְנִו *ad zelotypiā prouocando, 1.Cor.10.22. &* וְלְמַכָּסוּ *& ad redarguendū, Tit.1.9.*

Gerundium ergo eſt לְמַרְקו*, quod videtur habere* א*, Rom.3. 8.* לְמַאחָבו *amare, vel ex coniugatione, vel ex reſolutione Daghés in quietem. Vide Afhel Defic. Pe.*

Imperatiuus.

אַדֵּק · אַדְּקו

&c. Quidam codices habent Dan. 2. 24. הַעֲלְנִי *introducito me, abſorpto omnino Daghés, & rectiùs: alij compenſato,* הָעֲלְנִי.

Futurum.

אַרֵק *vel* אֲרֵק*, etiā Syrè, vide Rom.11.14.* אַטֵן *ad zelotypiā ꝓuocē.*
יַדֵּק *& Lucæ 1.3.* נַגֵן *obteget, quod Actorum 2.26.* נַאגֵן *ad*
&c. *locum tutum ſe recipiet, & 2.Cor.12.9, habet* א *de quo in infinito huius coniugationis. Rom.15.8.* נַשֵׁר *confirmabit, habet Pathách ob* ר*. Luc.10.19.* נַהֲרְכוּן *lædet vos, & 11.7.* תַהַרִינִי *moleſtus ſis mihi (offendas me) ſunt prorſus huius ordinis, vt apparet ex Pathách ante* ר*.*
יַדְּקוּן; *&c. vt Epheſ.5.28.* דְּנַחְבוּן *vt ament.*

tur. אָחֵל enim cum Kamėts significat Incipiam, Deut.2.25. quanuis vtrunque ab eodem fonte deriuatum fit. Vltima tametsi rariùs, recipit etiam Chirėk, more perfectorum & quiescentium ע״ע, vt יַשִּׁים desolare fecerit, Iirm. 49.20. atque tam Tserí quàm Chirėk, retracto accentu ad priorem per ו, notam futuri in præteritum cōuersi, decrescunt in Seghól, vt וַיָּסֶךְ & obsepiuit, Ijób 38.8. Siquid accedat ad tertiam, de more illa afficitur Daghés, nisi accentus sedem eam recuperet, quam genuinam habet in perfectis: tum enim vnà etiam postremas perfectorum vocales recipit, וְנָבְלָה & cōfundamus, Gen.11.7. ex interpretatione Abė-Hezræ. Vulgò Grammatici istud referunt ad Nifhál.

HOFHAL

Præteritum.

M.	הוּסַב הוּסַבּוֹתָ		הוּסַבּוֹתֶם
C.		הוּסַבּוֹתִי הוּסַבּוּ	הוּסַבּוֹנוּ
F.	הוּסַבָּה הוּסַבּוֹת		הוּסַבּוֹתֶן

ו ad ה, conflatum est ex Kibbúts & Scheuá primæ radicalis. Pathách enim secundæ deficientis transfertur ad primam, ad notādum defectum: itaque perfectum esset הֻסְבַּב. Grammatici volunt reliquum præteritum sequi analogiam præteritorum Kal, Hifhíl, & Nifhál, etsi solas eius tertias proferant ita formatas. videretur enim aliquo modo imminuendum Schurėk in aliis descendente accentu: sed & illud aliquando in breuem vocalem degenerat.

הוּסַבּוּ Accentu recuperante sedem eam quam genuinā habet in perfectis, eorum quoque postrema puncta recuperat, quæ literam absentem denotent: & tum ו resoluitur in vocalem breuem & Daghés, וְהֻמְּכוּ & attenuantur, Ijób 24.24. Vide præteritum Nifhál.

Infinitiuus.

הוּסַב

Formatur

Formatur tranſlato Tſerí mediæ deficientis ad primam radicalem. Et Leuit. 26. 34. 35, in infinitiuo affixo, הָשַּׁמָּה deſolari eam, id eſt, quibus deſolata iacebit, reſoluitur Schurék in Kamets-chatúph & Daghés: aut certè Scheuá primæ per Daghés ſuppletur. He autem affixi fœm. nota caret Mappik, ſicut & in gerundio בָּהְשַׁמָּה poſtquam in deſo lationem redacta fuerit ipſa, Leuit. cap. 26. 43. in quo etiam obſeruandum, puncta He & Beth eſſe commutata ad euphoniam.

Futurum.

M.	יוּסַב . תּוּסַב		יוּסַבוּ תּוּסַבוּ
C.	אוּסַב	נוּסַב	
F.	תּוּסַב תּוּסַבִי		תּוּסַבֶּינָה

Sunt quæ admittunt Daghés ſimul cum Schurék, vt יוּשַׁד vaſtabitur (pro vaſtabunt, vel Gallico, *On gaſtera*) Hoſch. cap. 10. 14. Nonnulla hîc, vt & in Kal, reſoluunt vocalẽ longã in breuem & Daghés, atque ita cõpẽſant Scheuá primæ radicalis, inuſto in ipſa Daghés, vt יֻכַּת contundetur, Ieſch. 24. 12, quod integrè diceres יוּכַּת. Nonnulla etiã prorſus abſorbent, vt יֻחַן gratioſè acceptabitur (vel miſericordia & gratia fiet) Ieſch. 26. 10. Pathách autem mediæ

De יְחִיטוּ *Concinnant, vide quieſcẽtia Háyn in Aſhél. Perfectum omnino eſt* הֻטַּלַּל *vmbram captabat, Dan. 4. 9.*

Paßiuum.

Hoſhál Babylonicum.

הֻדַּק

&c. ex analogia illius הֻעַל *introductus eſt, Daniel. 5. 13. in quo non compenſatur Daghés, vt nec in* הֻעַלוּ *introducti ſunt, ver. 15. quod in quibuſdam exemplaribus legitur cum Daghés in* ל, *quandoquidem proximè accedit ad analogiam Hebraicam, ſed & fortaſſe non ita Chaldaicum eſt.*

translatum ad primam radicalem, tanquam eius vestigium & indicium, producitur in Kaméts in maiore distinctione, vt in perfectis.

יוסבו In יֻחְקוּ sculpétur, Ijób 19.23. nullum apparet Daghés in tertia accedente ו, sed solo vocalis reiectæ indicio media deficiens suppletur. Habet autem Kaméts ob Soph-pasúk.

Hic ordo eadem habet postrema puncta in nexu pronominum quæ ordo verborum perfectorum: prima duntaxat variat. Postquam ergo aliquid accedit ad tertiam illi (paucis exceptis) Daghés imprimendum est, & accentus deiiciendus. vnde si breuis vocalis illam præcedat, remanebit: at si longa, omnino in breuem antistropham, vel certè affinem migrabit, vt suprà de Kibbúts ad Chólem & Chirék ad Tserí diximus, סַב סַבְּהוּ, סוֹב סֻבֵּהוּ, &c. vel etiam סְבָהוּ, &c. Sub ministrátibus literis vocalis longa migrat in Scheuá simplex aut cōpositū sub gutturalibus: מְסַבּוּ מֵסֵב, הֵסֵב הֲסִבָּהוּ, &c. &c. Gen 11.6. הַחִלָּם incipere eorum, ה habet nudū propter gutturalem subsequentē. Chab. 2.17. יְחִיתַן terrebit ea, non solùm habet vocalem longam loco breuis & Daghés, sed & Patháchpro Tserí, minùs lata vocali, ob Athnách. כהִלּוֹ vide ad gerundia Hithil.

HITHPAHEL.

Hithpahél vt dependet à Pihél, modò insignitur Daghés, vt perfecta, modò (quod vsitatius est) Chólem loco Daghés, הִסְתַּבֵּב, & הִסְתּוֹבֵב. Nam in vtraque forma Sámech permiscetur seruilibus, vt explicatum est in perfectis: nisi Tau per Daghés compensetur, vt תִּשּׁוֹמֵם desolaberis, Ecclesiast. 7.17. Vide pag. 154.

Præter-

Infinitiuus.	Benoní.	Præteritum.
הִסְתַּבֵּב הִסְתּוֹבֵב	מִסְתַּבֵּב מִסְתּוֹבֵב	הִסְתַּבֵּב ˚הִסְתּוֹבֵב
&c.	&c.	&c.

˚Vnde הִתְרֹצְצוּ conterebant ſeſe, Gen.25.22.

Futurum.	Imperatiuus.	Gerundia.
אֶסְתַּבֵּב אֶסְתּוֹבֵב	הִסְתַּבֵּב הִסְתּוֹבֵב	בְּהִסְתַּבֵּב בְּהִסְתּוֹבֵב
&c.	&c.	&c.

Et cum defectu תִּתַּבָּר, pro תִּתְבָּרֵר mundus eris, 2.Schem. 22.27. retrocedentibus vocalibus pũctis, ita vt Daghés cõponatur eo modo quo diximus pag.187, 199, & 201.

Ofhál Chaldaicum.

Chaldaicum Ofhál omnino deformandum inſtar illius quod in deficientibus præſcripſimus, ita vt illa Leuit.16.27. וְאֹחֳעַל *qui illatus eſt. & Geneſ.43.18.* אֹחֳעֲלוּ *introducti ſunt, & ibidẽ,* מְחָעֲלִין*, introducti. & Leuit.11.32.* יְחָעַל *inferetur, & alia multa, huius ſint coniugationis.*

CAPVT III.

De Defectiuis Lámed Nun, & Láme d Tau.

ADdi poteſt tertius ordo defectiuorum, eorum videlicet quorum vltima eſt Nun, vel Tau. Hæc enim in tertia quoque deficiunt, defectúmque ſarciunt & indicãt per Daghés in ſeruili litera poteſtatis eiuſdem, quæ ad perſonæ alicuius deformationem adiecta eſt.

CONIVGATIO KAL.

Præteritum.

Defectiua Lámed Tau.	Defectiua Lámed Nun.
כָּרַת כָּרַתָּ כָּרַתִּי. &c.	שָׁמַן. &c. שָׁמַנּוּ. &c.
כְּרַתֶּם. &c. כְּרַתֶּן. &c.	

Imperatiuus.

שְׁמֹן, &c, שְׁמֹנָּה. &c.

Et ſic הַאֲזֵנָּה auribus percipite, Gen.4.23.

Futurum.

אֶטְמֹון.&c. תִּטְמֹון,&c. תִּטְמֹונָה

ſicut תִּשְׁכֹּנָּה habitabunt, Iechez. 17.23. Nonnunquã deperditur Nun ſeruile, ſuppletúrque reiecta eius vocali, vt fieri ſolet, ad radicale Nun, vt תֵּעָגֵנָה retardabimini, Ruth 1.13, quod eſſet perfectum תֵּעָגֵנְנָה, ex Niſhál. Neque verò probatur quod Kimchí tradit, deperdi Nun radicale abſque vllo ſupplemento. Ita enim nulla relinqueretur via inueſtigandi thema. Vide ſuprà pag. 175. De תֵּאָמַנָּה, ſuprà pag. 132. & de חִתַּתְנִי, pag. 205.

Deficiunt igitur in omnibus coniugationibus, quãdo tertiã radicalem Nun ſiue Tau, ſimilis ſeruilis excipit, ne ſimiles literæ collidãtur: quæ etiã cauſa ſuperiorem ordinem peperit. Cæterùm quemadmodum gemellæ radicales perſæpe exprimũtur, ita in his quorum poſtrema eſt Nun, radicalis & ſeruilis ſimiles interdum adſcribuntur. Exempla in Kal ſolummodo proponere viſum eſt, ex quibus facile ſit cuiuis in aliis coniugationibus cõſimilia obſeruare.

Pronominum nexus nihil hîc variat à perfectis, ſi modò analogiam ſupplementi literæ deficientis obſerues.

CAPVT IIII.

De verbis Quieſcentibus Pe Aleph.

DE Defectiuis hactenus: nunc ordine ſequuntur Quieſcentia. Sic verò in genere vocantur ea quorum litera radicalis qua minuũtur, quum ſit ex יָהוּא, non ſolùm ex ipſa ſcriptione excidit, ſed & aliquando ſcripta ex ipſa pronũtiatione: hoc eſt, aliquãdo quieſcit ſuppreſſa, aliquãdo verò expreſſa. Nam quæ plures habent quieſcentes, inter compoſita numeranda ſunt, quæ ſuo ordine ſubiicientur. Literarum porrò quieſcentium aliæ in primo & vltimo loco muteſcunt, vt א: aliæ in principio & medio, vt Iod: aliæ

in

in medio tantùm, vt ו: aliæ denique in fine, vt ה. Ex qua diuersitate tres præcipuæ Quiescentium classes ortæ sunt. Postulat autem ordo vt incipiamus à Quiescentibus Pe, id est, in prima. Eius autem classis duo sunt genera, vnum quiescentiũ Pe Aleph, alterũ Pe Iod. Quia verò vtrunque hoc genus non pauca etiam communia habet Hebraicè, vtrunque ita seorsim trademus, vt vnum alteri è regione oppositum simul comparemus.

CAPVT IIII.

De quiescentibus Pe.

Secundum imperfectorum genus, quod est Quiescentium, hîc tres etiam classes disertè exprimit. At verò quanuis Aramicè, vt Hebraicè, duo sint genera quiescentium Pe, ea tamen propter affinitatem & frequentem vtriusque generis communicationem in vnum caput contrahemus. Illa autem affinitas & participatio in hac classe, vt in duabus alÿs pendet à facili literarum יְהוא vicißitudine, quæ in hac classe Syris procliuior videtur quàm reliquis Aramæis. Aramæi enim reliqui א quidem in ו & י mutare poterunt, vt Hebræi, sed Iod in א in hac classe vix mutent, vt fit Hebraicè in illo Iesch.30.21. תַאֲמִינוּ ad dextrã ieritis, à תֵימִינוּ. id verò à Syris passim fieri videamus. Atque vt hæc communicatio meliùs appareat vtrunque genus eo vsque simul comparabimus, & socium adiungemus, quoad ventum fuerit ad plenam coniunctionem quæ committitur in Aphél.

Ee.ij.

Kal.

Præteritum.

Quiescentia

Pe Aleph.			Pe Iod.		
Chaldaicé.		*Syré.*	*Chaldaicé.*		*Syré.*
אֲכַל	*Edit.*	[a]אֲכַל	יְתֵב	*Sedit.*	[e]יְתֵב
אֲכַלְתְּ *vel* תְ		אֲכַלְתְּ	יְתֵבְתְּ *vel* תְ		יְתֵבְתְּ
	[b]אַכְלַת		יִתְבַת		יְתֵבַת
אֲכַלוּ		אֲכַלוּ	יְתֵבוּ		[f]יְתֵבוּ
אֲכַלְתּוּן		אֲכַלְתּוּן	יְתֵבְתּוּן		יְתֵבְתּוּן
אֲכַלְנָא		אֲכַלַן	יְתֵבְנָא		יְתֵבַן
אַכְלַת		[c]אֲכַלַת	יִתְבַת		[g]יְתֵבַת
אֲכַלְתְּ		אֲכַלְתִּי			
אֲכַלָא		[d]אֲכַלִי			
אֲכַלְתֵּן		אֲכַלְתֵּן			

Denique obseruata perfectorum terminatione Syri habent יִ, *vbi Chaldæi* יְ: *vnde cũ* ו *&* ד *dicitur* וִיתֵב, וִיתֵב, *&c.*

[a] *Actor.* 1.4. *vnde vulgò* וַאֲמַר *Et dixit, &* דַאֲמַר *Qui dixit.*

[b] *Tamen Gal.* 1.17. אֱזַלֵת. *profectus sum, legẽdũ videtur.*

[c] *vt Marci* 16. 10. אֱזַלַת *abijt. Vide & in Kal ad hanc vocem.*

[d] *vt* אֲחַדִי *apprehenderunt, Matthæi* 28.9. *&* 11. אֱזַלֵין *profectæ sunt. & Mar.* 16. 8. אֲמַרִין *dixerunt.*

[e] *vt Act.* 22.29. *& Mar.* 15. 45. יְלֵף *didicit.*

[f] *vt Actorum* 23.27. *& Roman.* 7.7. יְלֶפֶת *didici.*

[g] *Lucæ capite* 2. *versu* 43. יְדַעוּ *norunt.*

*Benoni vtrobique perfectum est, nisi quòd in Pe'*א, *adiectiuorũ formæ vsitatissimæ sunt, quales multas habes suprà in hoc Benoni, in perf. illisque adijcere potes illud Marci* 6.33. אָזְלִין *ascendentes. Item & Matth.* 7.13. דָאזְלִין *qui ascendunt: siquidẽ hoc differt Benoni à præterito, quòd Syrè post* ו *&* ד *primam habeat quiescentem in proprio eius Kaméts, præteritum verò, in proprio eius Tsери.*

Pahúl

Atque quod attinet ad quiesc.׳א ׳פ. Omnino perfectorum variationem sequũtur, excepto futuro cõiugationis Kal,&aliarũ perpaucis vocibus, vt superuacaneum sit paradigma, vltra primarias terminationes deformare.

CAPVT V.

De Quiescentibus Pe Iod.

PRiora tria tempora Kal nihil variãt à perfectis, excepto רד descenderat, Iudicum 19.11: quod primam abiicit absque vllo indice, de more imperatiui, vt dicturi sumus. & צָקוּן effuderunt (cum paragoge Nun pro יָצְקוּ) Iesch.26.16. in quo litera absens repræsentari videtur per reiectã vocalem, aut certè verbum ipsum esse ex quiescentibus Hájin.

Quiescentia Pe Aleph. Quiescentia Pe Iod.

CONIVGATIO KAL.

Præteritum.

Comedit.	Sedit.
אָכַל אָכַלְתָּ. &c.	יָשַׁב יָשַׁבְתָּ. &c.

Benoní.

אוֹכֵל. &c., אוֹכְלָה. &c.	יוֹשֵׁב יוֹשְׁבִים. &c.

Pahúl.

אָכוּל. &c., אֲכוּלָה. &c.	יָשׁוּב יְשׁוּבִים. &c.

Pahúl.

Chald. Syr.	*Chald. Syr.*
אֲכִיל אֲכִיל	יְתִיב יְתִיב
&c.	*&c.*

vt in perfectis, seruato duntaxat Syro Pathách sub Aleph, quod videtur succedere in locũ Chateph-patháci Chal.

vt in perfectis, seruato duntaxat Syro י, quod tamen post ו & ר quiescit in Chirék longo. Sic Rom.11.2. יְדִיעַ notus.

daici, quod ita solent repræsentare Syri. Atque hinc fit vt præcedentibus ו *&* ד, *ipsum Aleph in proprio Pathách quiescat, Matthæi 3. 3.* דַאמִיר *de quo dictum [fuerat,] & Luc.15.6.* דַאבִיר *quæ perierat.*

Infinitum.

Aram. Syr.

מְאזַל מֵאכַל

בְּמֵאכַל *&c.*

Babylonij & Syri hîc, vt in futuro, semper exprimunt א. *hi promiscuè quiescens in Tseri & in Chirék, vt Matth.14.16.* לְמֵאכַל *ire, &* לְמִאזַל *comedere. illi in Tseri: quam etiã quietis rationem retinent Chaldæi, mutato tamen* א *in* י *quod etiã aliquando supprimitur, vt Hez.5.11.* לְמֵמַר *dicere. Contrà in illo gerundio Talmudistæ retinent* י, *characteristicũ autem* מ *omnino abijciunt, eiusq; punctum in indicium sub* ל *reijciunt, Resch verò (vt suprà attigimus) in* א *quiescens in Kaméts mutant, dicúntque* לֵימָא. *nisi quis malit illud deformari à futuro quod ita desinere videbimus, præfixa videlicet illi litera* כָּלֵב, *quòd Syris vulgò fit. Atque hanc deformationem sequuti viden-*

Aram. Chald. Syr.

מִארַת מֵדַע מִנְדָע *vel* מִדָּע, מֵיתַב

בְּמֵיתַב *&c.*

Chaldæi י *radicale ex analogia aliquando exprimunt quiescens in Tseri, Syri sæpius mutant in* א *quiescens in Chirék, 1.Cor.15.50.* לְמִארַת *possidere. Utrisque etiam degenerant vt plurimùm quiescentia* 'י'פ *hîc & in futuro in defectiua Pe: quasi resoluta longa vocali in breuem & Daghés. vnde huc refero illud Act.21.34.* לְמֵדַע *cognoscere, quod Chaldaicè dicitur* מִדָּע, *& resoluto Daghés in* נ *epentheticũ* מִנְדָע. *Ex illa forma daghessata detractum dicere potes* מ *in gerundio* לִידַּע *ad discernendum, Ruth 4.21. nisi quis malit effectum à futuro ex vsitato illo more Talmudistarum & Rabbinorum, quo fit vt tertiæ fut. sing. mascul. præfigatur* ל *gerundij vt efficiatur etiam gerundium,*

Quiescentia Pe Aleph.

tur Rabbini in suo לוֹמַר *Dicere, effecto à* לְיאמַר, *& in* לוֹכַח *Arguere, deriuato à* לְיוֹכַח *in Hifhíl. nisi quis excipiat* לוֹמַר *à* לֵאמוֹר *deducendum esse, permutatis literis & punctis, &* לוֹכַח *à* לְהוֹכַח *per syncopen. Sunt etiam qui* א *in* ו *demutátum hîc volunt (vt in futuro) in paragogico* לְמוֹבְרָא *Ad pereundum, in posteriore Targhúm Estér. Vide & Afhél. Videtur denique Elias in suo Methurghemán cōfuso vtroque genere huius ordinis,*

Quiescentia Pe Iod.

rundium, cuiusmodi est illud לְיִפְקַד *Ad visitandum, in perfectis, & in hoc ordine,* לְיִלֵּךְ *Ad eundum,* לְיִשֵּׁב *Ad sedēdum, & in quiescentibus* ע׳, לְיִדוּן *ad iudicandum, apud Rabb. Schel. in Daniel. 3. &* לְיִצוּד *ad venandum, apud Rambam, in Ijób 40.25. Atque in huiuscemodi formis, ante Daghés retinendum censuerim* י, *vt primaria earum origo agnoscatur: quemadmodum seruatur in ipso Hebræo* לְיִסּוֹר *fundare, 2. Paral. 31. 7. quòd*

Infinitiuus.

שֶׁבֶת | אָכוֹל (אֱכוֹל) vel

Septem reperiuntur formæ infiniti istius in hoc genere quiesc. quædā enim verba primá excidentem cōpensant adiecto ת ad calcē thematis, iisdem prorsus legibus quibus in infinito Kal defectiuorum פ׳. Alia Iod prorsus abiiciunt, & eorum quædam nudam seruant vsitatissimam perfectorum terminationem, vt כוֹל Possendo (ad verbum) Ijób. 42. 2. quædam ad minùs vsitatā (in Tserí videlicet, de qua in imperat. def. פ׳) paragogē ה adiiciunt quiescētis in Kaméts, דֵּעָה cognoscere, Exodi 2. 4. quædam ad satis vsitatam in Pathách adiiciunt paragogen ה quiescētis in Seghól, דְּעֶה scire, Prouerb. 24. 14. quod quidam ad imperatiuum referunt. Alia partim formam perfectorum, partim quiescentium recipiunt, vt יְכוֹלֶת pos-

Quiescentia Pe Aleph.

deinde quiescentibus cum deficientibus, aut certè resoluta vocali lõga in breuem & Daghés, legisse apud Onkelon Genes. 30.16. מִגַּר *mercede conducendo, vbi vulgò legitur* מֵיגַר*: fortasse quia & in Ofhál Chaldaico huiuscemodi confusio euenit. Eiusdem farinæ videtur esse* אֱלַף *Didicit à quo quidam formant infinitum* מֵלַף *alij* מֵילַף*. Vide & futurum, & Afhél.*

Quiescentia Pe Iod.

quod si quis nolit Daghés adscribere, præsertim in his quæ Hebraicam terminationẽ habent, habet etiam eius rei exemplum in בִּיבוֹשׁ *quum aruerit, Ieschah. 27.11. Cæterùm dissimulare nolo formam illã Talmudisticam seu Rabbinicam aliquo modo niti defectu, literæ* ה *in gerundijs Nifhál & Hifhil: & postea Chaldæorum posteriorum atque adeò Syrorum vsu cõfirmatam. Et verò Syri rarò gerundijs germanis vtuntur, sed eorum loco futuris, quibus ita præfigunt modò literam Lámed, modò etiam literam* ד*, vt generis, personæ & numeri rationem habeant: quod multas amphibologias Græcas & Latinas tollit, vt apparet ex illo, Act. cap. 3.21.* דְלֵהוָלֵא לַשְׁמַיָּא דְנִקַבְּלוּן *Quem quidem necesse est cælis vt capiant. i. cæli capiant.*

Imperatiuus.

Perfectus.	*Imperfectus.*
	Aram.
[b] אֱכֹל	זֵל [i] *Matth. 2.20.*
אֱכֻלוּ	זֵלוּ. *Actor. 23.23,* זֵלוּ
אֱכֻלִי	זֵלִי. *Luc. 7.50,* זֵלִי
אֱכֻלְנָא	זֵלְנָא. *Marc. 16.7,* זֵלִין *Syr.* לֵין

[b] *Possunt & aliæ verbi perfecti terminationes & inflexiones*

Perfectus.	*Imperfectus.*
Syr.	*Aram.*
יְלַף. *Luc. 10.35,* יְצַף *cura.*	תִּב [c]
יְלַפוּ, *Marc. 13.28. &* *Mat. 25.34.* יְרַתוּ *possidete.*	תְּבוּ
יְלַפִי	תְּבִי
יְלַפִין. *ex form. præt.*	תְּבְנָא בִּין. *Syr.*

[c] *Chal. vt Syri in medijs vocibus. (quales sunt* תִּבוּ *sedete, Matth.*

Quiescentia Pe Aleph. | Quiescentia Pe Iod.

se Numer.14.16. יְבֹשֶׁת arescere, Genes.8.7. quæ non malè ad verbalia referuntur. Figuratum est, aut potiùs compositum לֵלֶת ad vlulandum, 1.Schemuel.4.19, à יָלַל. Nám ad vitandam κακοφωνίαν, media Lámed suppressa est. Integrum ergo esset לְלֶלֶת: vel certè לֵלֶלֶת, quod compositũ dici posset ex secunda forma infiniti defectiuorum Hájin, & ex illa istius infiniti, quæ ת ad radicem adiicit. Denique quædã sunt quæ retinent Iod absque additione Tau: sed ea lege vt accedentibus literis וְכָלֵב, Iod illud quiescat sub illis in Chirék longo: quia est accidentaria quies ob concursum duorum Scheuá in principio dictionis בִּיבֹשׁ Quum aruerit (à יָבַשׁ) Ieschah.cap.27.11. & לִיסּוֹר fundare, 2.Paralip.31.7. in quo Daghés tanquam alterum supplementum additur, nullo etiam interiecto accentu, vt & aliàs fit, pag.19.

Gerundia.

בֶּאֱכוֹל &c. מֵאֱכוֹל

*Post solum Lámed ex literis כָּלֵב quiescit א, contractis Seghól & Chateph-seghól in Tserí, in לֵאמֹר Dicẽdo, quod passim obuium est: non item in aliis gerundiis. Vide pag.45.&.110.

בְּשֶׁבֶת כְּשֶׁבֶת לָשֶׁבֶת מִשֶּׁבֶת

De ל & לָשֶׁבֶת vide pag.178.

Imperatiuus.

אֱכוֹל אִכְלוּ &c.

*שֵׁב שְׁבוּ, שְׁבִי שֵׁבְנָה

*Secunda radicalis frequentius cum Tseri: quò disertiùs hæc distinguãtur à defectiuis in prima. Aliquando tamen scribitur cum Cholé, vt אוֹת Acquiesce: vnde futurum אֵאוֹת Acquiescã, יֵאוֹת Acquiescet, &c. quò pertinet illud עֻצוּ consilia inite, Iesch.8.10. pro עוּצוּ, cum Kibbúts loco Cholem. Porrò Tseri sequente Makkaph decrescit in Seghol, vt לֶךְ־לְךָ Vade tibi, Gen.12,1. Quæ verò habent gutturalem secundam vel tertiam, Pa-

thách latiorem vocalem requirunt,vt הַב da,Prouerb.30.15. & דַע scito, Genes. 20.7. At cum paragoge ה, descendente accentu,mutatur & Tserí & Pathách in Scheuá, vt רְדָה descende,Genes.45.9. accentu verò restituto pristinæ sedi,vt in maioribus distinctionibus, pristina quoque vocalis restituitur,videlicet Tserí,רֵדָה descende, 2.Reg.1.9. Excipitur הָבָה Da [agedum,] Genes. 11.3. in quo etiam extra maiorem distinctionem, accentus sæpius retroagitur, rarò in postrema syllaba cõsistit, & Kaméts primæ subiicitur, quia ad eam gutturalis est. רְאֵה vide ad infinitum.

שְׁבוּ sicut & defectiua in prima, גְּשׁוּ Accedite: & quiescentia in ה,vt גְּלוּ Reuelate. Distinguuntur tamen hi ordines in maiore distinctione. Nam quiescentia Iod retinent Tserí,penultima acuta,vt שֵׁבוּ sedete, Ierm.13. 18: sicut & in paragoge, שֵׁבָה Sede. Defectiua autem penultimã quidem acuunt, sed notãtur aut Chólé, vt גֹּשׁוּ accedite,Iehosch.3. 9. aut Kaméts,vt שָׁלוּ Soluite. Postremò quiescentia ה, neque accentus sedem,neque etiam Scheuá demutant,vt suo loco docebimus. Idem statuendum de secunda singulari fœminina. A singulari הַב Da, vulgò fit הָבוּ Date,modò Milhiél, modò Milráh, ad dilatationem ה gutt. Hosch. 4. 18. הֵבוּ date,habet Tserí non modò ad dilatationem gutturalis,sed & quia deriuandum videtur à forma שֵׁב. Fœm. singulare הָבִי Da, Ruth 3.15. habet formam masc. plur.

In שֵׁבְנָה seruatur Tserí: aliquando etiam abscondito ה,in Kaméts לֵכְןָ abite, Ruth 1.12. At quæ in singulari possident Pathách ante gutturalem,vt דַע Scito, illud retinent,vt דַעְנָה Scitote [fœminæ.] Nam masculinum singulare perpetuò format fœmininum plurale, addita tantùm syllaba נָה. Idem sentiendum de vltima futuri quæ ab hac dependet.

Quiescentia Pe Aleph.

xiones hîc locum habere. Imò & prima aliquando pro puncto rapto etiam apud Chaldæos habet Tserí, vt habes in verbis perfectis, & apud Syros aliquando Pathách, vnde est Luc. 14.23. וַאלוּץ *& coge: & Matth.* 26.26. אֲכוּלוּ *comedite: ex quo legendum videtur Luc.* 12. 19. אֲכוּלִי *comede. Atque à plurali mascul. affixus casus deformatur hîc vt in perf. transposito videlicet* ו *à secunda ad primam, vt Marc.* 14. 44. אוּחְדוּהִי *apprehendite eum. vnde legendum videretur Matth.* 10. 27. אוּמְרוּהִי *dicite illud: nisi quis malit* ו *Syrũ posse etiam in* וֵ *diphthongum mutari, & proinde legendum* אֱומְרוּהִי. *Transpositionem istiusmodi ad affixionem imperatiui, vide pag.* 166. *Verum enimuerò hæc transpositionis analogia etiam locum habeat vbi imperatiui prima vox in aliam vocalem desinit quam in* ו, *vt deprehenditur ex superiore illo* אוּמְרוּהִי, *quod propriè est ab* אֱמַר אֱמַרוּ, *&c..*

Quiescentia Pe Iod.

Matth. 26.36. *&* דְעוּ *cognoscite, Actor.* 23.38. *&* הַבִין *date, Matth.* 25.8.*) retinere possunt & Tserí, & Pathách, quod in gratiam vel mediarũ vel vltimarum gutturalium &* ר *ascis̄citur.*

Porrò quomodo aliæ omnes quæ in perfectis vsitatæ sunt, hîc etiam vsurpari & mutari possint, vide ad hunc illorum imperatiuum pagina 115. *vbi etiam satis fusè, atque adeò ad præteritũ Kal, pag.* 101. *de vsurpatione vocum præteriti in imperatiuo.*

[b] *Ex analogia compositorum ex quiescentibus ad vtrunque extremum, & vsu posteriorum Chaldæorum, & maximè Talmudistarum, hæc forma Aramica dici potest: Syris certè maximè familiaris est. In ea verò ita terminatio in Tserí, ad primam vocem obtinet, vt etiam altera in Chirék locum habere posit, atque adeò perseuerare in reliquis vocibus, præsertim in secunda & tertia: nisi quòd in his Tserí vsitatius esse videtur Syris.*

Ff. j:.

Quiescentia Pe Aleph. *Quiescentia Pe Iod.*

Futurum.

Prima vocalis hîc omnino eadem esse potest quæ in infinito.

Quiescentia Pe Aleph.

Chal.		*Syr.*	
אֵכֻל '	אֵימַר	אֲכוּל	אִזַל '
יֵאכֻל	יֵימַר	נֵאכוּל	נֵאזַל
&c.			

נֵאזְלוּן נֵאכְלוּן
&c.

תֵאזְלִי תֵאכוּלִי
&c.

Sic quorum prima quiescit in Tseri. in Chirék: imò & aliquando vt נֵאבֵד *pereat, Ioã.6.12.*

'*Ut Hebræi Chaldaicas formas vsurpant in* וָאֵחַר*, & tardaui, Genes.32.4. ab* אָחַר*, & in* תֵּזְלִי *abibis, Irme. 2.36. ab* אָזַל*, ita & Chaldæi in* נוֹבֵד *pereamus, Ionæ 1.6. vt supra in* לְמוֹבְרָא*, Hebraicam formam illius* יוֹכְלוֹ *absumunt, Iechez. 42.5. A Chaldaico* אֵלֵף *quidam futurum deformãt* אֵילַף*,* יֵילַף*, &c. alij* אָלַף*,* יֵלַף*, &c. quasi*

Quiescentia Pe Iod.

Chal.		*Syr.*	
אֵיסַב	אֶתַב	אִלַף	אֵתֵב
יֵיטַב	יִתַב	נֵאלַף	נֵתֵב
Hez.7.18.	*Dan.7.26.*	תֵאלַף	תֵתֵב
	&c.		*Act.8.31.*
			Act.24.8.
			&c.

נֵאלְפוּן
תֵאלְפוּן
1.Cor.4.6.

תֵתֵבִי תֵלַאפִי
&c.

Forma hæc respondet Chaldaicæ kametsata, mutato י *in* א*, quod tamẽ suppleat Daghés.*

hæc vero da ghessata.

